B *generalia* (*syn.* praetorius; *opp.* civilis, legitimus, naturalis): 1 *de rebus*: IVLIAN. dig. 9, 4, 39 pr. iudicium -um, quod ... pollicetur *praetor* (*opp.* iuris civilis actionem. VLP. dig. 4, 9, 7, 6). 46, 1, 11 *creditor filii* neque civilem neque -am adversus patrem actionem habet (POMPON. dig. 15, 1, 2. MAECIAN. dig. 35, 2, 32 pr. *opp.* legitimae [VLP. dig. 9, 3, 5, 12 PAVL. coll. Mos. 2, 5, 5]. 35, 2, 32, 1 quae ... a praetore promittuntur. VLP. dig. 4, 3, 1, 4 *opp.* civilis [30, 28 *pr.* (*ex Arist.*). 44, 7, 25, 2 omnes ... a. aut civiles dicuntur aut -ae. *al. adde supra l. 41*]. 47, 4, 1, 10 [*ex Scaev.*]. *al.* PAVL. dig. 36, 1, 41 pr. 44, 7, 35 pr. [*ex Cass.*]. 46, 4, 11, 1 MOD. dig. 16, 1, 25 pr. COD. Iust. 4, 26, 7 pr. [*a. 293*]). VLP. dig. 14, 1, 1, 24 obligationem (46, 2, 1, 1 naturalis an civilis ⌊an -a⌋ [*interpol.?; cf.* MARCIAN. dig. 20, 1, 5 pr.]. 46, 4, 8, 4. INST. Iust. 3, 13, 1 praetoriae sunt o., quas praetor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam -ae vocantur [*opp.* civiles]). COD. Iust. 5, 9, 1, 4 (*a. 380*) hereditates ... vel legitimas vel -as. INST. Iust. 4, 4, 7 *poenam* praetores introduxerunt, quae etiam -a appellatur (*opp.* ex lege duodecim tabularum). 2 *de hominibus*: VLP. dig. 6, 2, 7, 9 et heredi et -is successoribus (10, 2, 24, 1. 11, 1, 9, 6. 16, 1, 10. 36, 1, 6, 1 [*opp.* legitimi]. 36, 3, 1, 8. 46, 4, 13, 11). reg. 12, 1 curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim tabularum dantur, aut -i, id est qui a praetore constituuntur.

subst. **honōrārium,** -ī *n.* GLOSS. τιμητικόν. τιμή, τὸ ἐπὶ ἀρχῇ ἢ συνηγορίᾳ διδόμενον. merces, quae iudici datur. GLOSS. II 446, 10 συνηγορικά -a. III 228, 15 τιμικῷ -o. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A τίμιον. *legitur inde a* TRAIANO; *ad 'veteres' revocat* VLP. *l. 83.*

i. q. summa honoraria (v. p. 2934, 17), honoris causa data (cf. Klingmüller, RE VIII 2270 sqq.):

1 *impenditur honorandi vel remunerandi gratia*: a *advocatis* (*cf. p. 2934, 18*): VLP. dig. 26, 7, 9, 6 *Caracalla cum Severo* -a eos *tutores* imputare pupillo prohibuit, si supervacaneam litem instituissent *eqs.* 50, 13, 1, 10 in -is advocatorum ita versari iudex debet, ut pro modo litis (*eqs.*) ... aestimationem adhibeat, dummodo licitum -um quantitas non egrediatur (COD. Iust. 3, 1, 15. 10, 65, 2, 1). 50, 13, 1, 12 (*infra*: -a summa). PAVL. dig. 19, 2, 38, 1. COD. Theod. 2, 10, 3 (= Iust. 2, 6, 5) nomine (sub n. *Iust.*) -orum (*cf.* COD. Iust. 2, 6, 3 [*a. 240*] sub specie -i, quod advocato ... deberi potuisset). 8, 10, 2, 1. COD. Iust. 3, 1, 13, 9 -is ... a clientibus ... togatis ... praestandis et ... exigendis. *per imag.*: PS. AMBR. paenit. 24 p. 997 C *Christus advocatus caelestis* de suscepto (superato *Migne*, suspecto *codd.*; *correxi*) non exspectat aliquod -um. AVG. ord. 2, 3, 9 p. 152, 27 (*loq. Alypius*) si ab istis, ut dicis, susceptis (*sc. quos in hac disputatione defendo*) quicquam -i, ut solet, accepissem. b *agrimensoribus*: VLP. dig. 11, 6, 1 pr. id quod datur ei (*mensori agrorum*), ad remunerandum dari et inde -um appellari *veteres crediderunt.* c *ludimagistris* (*festo die*): TERT. idol. 10 p. 40, 7 (*de ludimagistris et professoribus*) Brumae et carae cognationis (*i. caristiorum*) -a exigenda omnia (*v. Wissowa, RE III 1593, 11*).

2 *impenditur dignitatis impetrandae vel impetratae causa rei publicae a magistratu, sc. decurionibus* (*cf. p. 2934, 25 sqq.; acced. genet. l. 5*): TRAIAN. Plin. epist. 10, 113 -um decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt, inferre debeant necne, in universum a me non potest statui. CIL II 5232, 13 (= Dessau 6898; *a. 167*) quod decurionem eum remisso honor⟨a⟩rio et muneribus et oneribus r. p. fecerin⟨t⟩.

honōrātio, -ōnis *f.* *ab* honorare. *i. q. actus honorandi, honor*: PAVL. FEST. p. 97 corona graminea in re militari maximae est -is. ARNOB. nat. 7, 13 p. 248, 13 si quispiam viso potentissimi nominis ... viro via decedat (*eqs.*) ...: video, quid agatur in huiusmodi -is officio. MART. CAP. 1, 7 *Aphrodite Psychen* auro ac monilibus inhiare membraque vinciri -is celsae (honoratioribus celsa *βA*) affectatione persuaserat. *cf.* exhonoratio, inhonoratio, praehonoratio.

honōrātor, (-ōris) *m.* *ab* honorare. GLOSS. II 596, 61 venerator: -r.

honōrātus *v. p. 2947, 83.* **honōrificandus** *v. p. 2939, 61.*

honōrificātio, -ōnis *f.* *ab* honorificare. *i. q. actus honorificandi*: ITALA II Macc. 13, 14 (rec. M) *Iudas* disposuit fortiter ... pugnare ... pro antiquarum traditionum -e (*rec. B* pro ipso ... institutionis honore. *gr. et Vulg. aliter*). AVG. in euang. Ioh. 23, 13 p. 1591 (*de Ioh. 5, 23*) quid de -e ...? *ibid.* in hac -e secunda.

honōrificātus *v. p. 2939, 48.*

***honōrificentia,** -ae *f.* *ab* honorificus, *cf.* munificentia *et* magnificentia *al.* *scrib.* -cientia (*cf. Svennung, Beitr. z. lat. Lautl. 23*): DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748 *a. 260; tabula vitiose scripta*) 17. 22. *plur. deest.* GLOSS. ἐπιτιμία. τιμιότης. reverentia. *legitur in titulis inde a* DECRET. *l. c. et* CIL XI 5751, 16 (*s. III*), *ap. scriptores inde ab* ARNOB. nat. (*infra l. 42*). [*dub. interpr.*: EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 63, 24 (*ad Zenonem Augustum*) per hanc *legationem* ... velut cominus -ae functus alloquiis (-ae tuae iunctus colloquiis *edd. priores; cf. p. 2937, 68*).]

i. q. actio honorificandi, honoris praestatio, reverentia, observantia sim., honos (*quis honoret, signif. per gen. subi. vel pron. poss. passim*; -a imperialis: *l. 51. honorem habent res: l. 75. p. 2937, 53 sqq.*):

1 ***nude positum***: a *de hominibus*: α *vi generali*: CAPITOL. Ver. 3, 4 diu ... ea -a caruit, qua Marcus ornabatur. 3, 5 -ae adnomen. LAMPR. Alex. 2, 4 insignia et -ae genera. VOPISC. Aurelian. 25, 6. ARNOB. nat. 3, 3 p. 113, 12 *regalis familia* tacita ... se sentit -a comprehendi. ZENO 1, 15, 1 p. 363 A omni -a deferentis patri ... filii (*cf. infra l. 56*). GAVDENT. serm. 19, 7 G. -am debitam ... deferentes (CLAVD. DON. Aen. 9, 295 p. 228, 8. *et al. cf. l. 61 et 70*). AVSON. 405 p. 239 P. *epodi* compositi ad -ae obsequium ad aurium convicium concurrerunt (FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 5 p. 184 A -ae et sacrificii). 419, 40 p. 363 P. *mihi* hanc -am detulisti *sc. consulatum* (AMBR. Abr. 2, 10, 69 p. 625, 1 *al.* COD. Theod. 6, 24, 4 [= Iust. 12, 17, 1]. *et al.*). SYMM. epist. 4, 15, 2 (*de sportula*). 6, 36, 1 *litteris* te -a imperialis accivit (*ad consulatum*). 7, 76 (*de donis sollemnibus*). *al.* SERV. auct. Aen. 11, 500. CLAVD. DON. Aen. 1, 50 p. 24, 28 servemus ei (*inferiori personae*) -am competentem (HEGES. 2, 1, 3. *et al.*). 1, 335 p. 70, 21 quae numinibus debeat exhiberi (*al.* HIER. [?] epist. 148, 30, 3 [= PAVL. NOL. epist. app. 2, 30 p. 458, 2]. *et al.*). 1, 580 p. 114, 21 cum omni -a ... dixit (8, 105 p. 129, 32 dei nomen ... tetigit. CANON. Turner II 2 p. 186 [*Mansi 2, 1101 A* τιμῆς]. FVLG. RVSP. epist. 4 tit. *cf.* cum -a: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 188, 33 B. FVLG. RVSP. c. Fabr. frg. 15 p. 768 A. CIL VIII 25045, 6 [= INSCR. christ. Diehl 1003, 6; *s. V?*] ⟨cu⟩m -a. *cf. p. 2937, 36*). 3, 356 p. 315, 29 -*am* debebat *Heleno* (11, 20 p. 408, 28 hanc ... mortuis praecipuam [*i. sepulturam*]. *et al. cf. l. 45. 70*). 6, 510 p. 573, 24 supremae *i. funeris* (11, 25 p. 409, 28. *cf.* 11, 75 p. 418, 23 novissima). 8, 280 p. 155, 6 debuit ... numini ... officium repraesentari -ae sollemnis (FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 2 p. 179 D). 11, 410 p. 477, 25 'patrem' videtur dixisse quasi -ae loco (*cf.* AVG. coll. c. Don. 3, 7, 8 p. 58, 26 -ae causa [quaest. hept. 2, 69 p. 134, 12 serm. 246, 3 med.]. loc. hept. 1, 166 -ae ..., more). *al.* AMBR. epist. 14, 7 debitam ... -am reservantes (*al.* AMBROSIAST. in Gal. 1, 4 p. 340 D). 55, 3 *fratri seniori* substituitur propter ... -am naturae debitam (*cf. p. 2937, 62*). in psalm. 118 serm. 14, 20, 2 qui potest administrationes contemnere, dolet sibi aliquem -a esse praelatum. *al.* PS. AMBR. serm. Sess. 3, 4 p. 127 A ut -a praecedas honorantes. AMBROSIAST. in Rom. 5, 11 p. 92 A reddamus ei *Christo* -am (AVG. c. Gaud. 1, 2, 3 p. 202, 16. *et al.*). in I Cor. 12, 23 p. 248 C addimus eis (*membris*) -am, ut puta pedibus. RVFIN. Orig. in lev. 11, 3 p. 454, 13 B. AVG. epist. 64, 2 p. 230, 18 venerabilem et debita mihi ... -a suscipiendum ... Aurelium. loc. hept. 1, 89 p. 520, 20 -ae locutio. serm. 354, 4, 4 p. 1565 mutuam -am eis praestare (COD. Iust. 1, 48, 2 *a. 384*). *al.* EPIST. pontif. 885 Conc.[S] IV 2 p. 209, 12 ne ... Iesus per -am vel gratiam nomen dei accepisse credatur, sicut Nestorius sentit (*cf. p. 2933, 71. 2938, 35*). *et al.*

seq. inf. (*acced. pron. praepar.*): AVG. loc. hept. 1, 185 p. 535, 12 'absit a pueris tuis ...'; potuerunt dicere: 'absit a nobis'; sed illa -a est usitata in scripturis sic dicere, tamquam de aliis.

[Ehlers]

β spectatur honorificandi studium, consuetudo sim. (*nos 'Ehrerbietigkeit'*; adsiduitas -ae: *l. 7*; -a multa: *l. 10.* *in titulis fere i. q. munificentia, liberalitas; cf. infra l. 64. 65 et* honorificus *p. 2940, 45*): SPART. Sept. Sev. 4, 1 ob severitatem et -am et abstinentiam ... dilectus est. PS. AVR. VICT. epit. 10, 3 *anteiit* clementia, liberalitate, -a ac pecuniae contemptu. PAVL. NOL. epist. 23, 1 p. 157, 11 adsiduitate ista -ae ac pietatis tuae. MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 4^med.^ Samarita -am illam totam ostendit (*syn.* abundantiam honoris, *gr.* φιλοτιμίαν ἐκείνην ἅπασαν. *cf.* 11, 4^extr.^ ex voluntate, ex ⌞-a multa⌟ [*gr.* φιλοτιμίας], ex misericordia, ex bonitate). CIL VIII 7013, 7 (*s. IV*) continentiae, integritatis, patientiae, aequitatis adque -ae singulari ... viro. IX 688, 7 (*Herdoniis*) ob singularem iustitiam abstinentiamque ... et -am eius. 1685, 11 (*Beneventi*) largissimo adque honorificentissimo viro ... collegium ... memor liberalitatis et -ae eius. DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748 *a. 260*) 17 exemplo pietatis parentium et matris -a. 22 ut ... -ae nostrae modum intellegat. CIL XI 5751, 16 (*s. III*) de eius honorifi⟨centi⟩a. TEST. Iulian. (CIL XIV 2934 *a. 385*) 5 memor -ae n⟨ostr⟩ae.

b *de rebus honorificis* (*aliter infra l. 53 sqq.*): SYMM. epist. 3, 40 te memorem mei -a proximae scriptionis ostendit. 3, 60 tibi -am salutationis exhibeo (AVELL. p. 634, 9 praeloquentes [CASSIOD. var. 3, 1, 4. 10, 22, 3]. ENNOD. epist. 2, 12, 5 p. 52, 16 solvens [3, 9, 2 p. 77, 17]. 2, 13, 7 p. 54, 12 impertiens. 8, 13, 1 p. 209, 16 persolvens [9, 25, 3 p. 247, 15 gratiam -amque]. 8, 26 p. 217, 6 CASSIOD. var. 1, 1, 6). 6, 35, 1 evocationis -am deprecari (*ad consulatum*). ISID. reg. monach. 22, 2 uberior ... monachis deferenda est -a hospitalitatis (*antea*: bonum). *huc pertinere vid.*: CLAVD. DON. Aen. 7, 1 p. 3, 4 *poeta* meritum ... Caietae commendat in sepulchri -am (-a *edd. vett.*).

2 *accedunt structurae indicantes, quis (quid) honorem accipiat vel habeat: saepius transit in notionem q. e. dignitas, gloria, decus sim.*: **a** *generatim*: *α c. genet.*: Ⓘ *hominum* (dilectionis tuae: *infra l. 45*): CAPITOL. Aur. 10, 2 in senatus ... -am multis praetoriis ... decidenda negotia delegavit. CLAVD. DON. Aen. 1, 585 p. 115, 8 *Achates loquitur* servata ... -a eius, qui ... auctoritate praestaret (*Aeneae*). 2, 1 p. 145, 10 *al.* AMBR. c. Aux. 36 cum -a imperatoris dictum. epist. 40, 31 numquid deo displicere poterit, quod pro eius emendatur -a? (*de deo ut*: AMBROSIAST. in Rom. 1, 23 p. 59^A^ sic ... dei maiestatem et gloriam minuerunt, ut horum, quae ... parva sunt, similitudini dei -am darent [in I Cor. 3, 7 p. 199^A^. 12, 31 p. 250^D^. 251^A^]. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 2 p. 226^C^. *cf. infra l. 56*). fid. 1, 6, 43 non est -a boni patris filii iniuria. AMBROSIAST. in Rom. 1, 22 p. 58^B^ ut -am regis vindicet comiti. 3, 1/2 p. 73^A^ -am et meritum ... seminis Abrahae. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 12^in.^ patrum. AVG. serm. 140, 5^extr.^. EPIST. pontif. 351 Migne 20, 763^C^ ut apostolicae sedis auctoritas et dilectionis tuae (*i. 'tua'*) -a servaretur. SACR. Leon. p. 408 *angelorum*. MAR. MERC. Conc.^S^ I 5 p. 22, 42 salva ... reverentia et debita -a ... Augustini. SALV. eccl. 4, 14 amor et -a. VICT. VIT. 3, 2 ecclesiae. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 31 p. 801^C^ trinitatis. *ipse homo dicitur* -a: VVLG. Iudith 15, 10 benedixerunt eam ... dicentes: 'tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu -a (honorifica *Itala Corb.*) populi nostri' (*gr.* καύχημα μέγα, *Itala Sangerm. 4* gloria, *15* gaudium). *inde* PS. AVG. serm. ed. Mai 178 Iohannes laetitia Israhel et -a populorum dei. Ⓘ *rerum* (*aliter supra l. 19 sqq.*): SYMM. epist. 3, 80 sermonis tui -a et splendore delector (*fere i. q. 'honestas, dignitas'*. *cf.* AMBROSIAST. in Rom. 5, 14 p. 94^D^ nulli -am nominis ac maiestatis eius *dei* impertiens [PS. AVG. quaest. test. I 112, 6 p. 289, 10. *cf. l. 37 sqq.*]). AMBR. exc. Sat. 1, 51 nec misericordia mortis impulsos, sed virtutum -a provocatos. PS. AVG. serm. 195, 6 sis ... tu (*Ioseph*) pater Christi cura castitatis et -a virginitatis (*Mariae*).

β c. praepos.: AMBR. Iac. 2, 2, 7 p. 35, 15 pater circa seniorem naturae -am (*cf. p. 2936, 70*; naturam -ae *var. l.*) servet. AVELL. p. 511, 18 (*de Nestorio*) facessat impiorum tam contumeliosa in deo -a. CIL X 524, 5 (*Salerni*) ob eximiam eius erga se ... -am. 3857, 7 (*Capuae*) ob multa praeclara in cives ... -ae suae merita.

γ c. pron. poss. (*cf. infra l. 68 sqq.*): CLAVD. DON. Aen. 5, 50 p. 431, 31 exigebat defuncti (*Anchisae*) meritum -am suam.

b -a tua, vestra (*l. 75*), sua (*l. 77*) *metonymice titulus sollemnis hominum honore insignium* (*cf. p. 2936, 33; ad pron. poss. cf. supra l. 67*): LVCIF. epist. 4 p. 322, 4 (*ad magistrum officiorum*) memorat -a tua. TRACT. Pelag. p. 3, 1 -ae tuae litteras legi (*cf.* p. 12, 10. 14, 18. 21, 9). EPIST. pontif. 211 Migne 8, 1351^A^ (*ad episcopum*) ordinationem causae ... -ae tuae litteris insinuare (238 Migne 13, 370^A^. VITAL. CONST. epist. 1 p. 847^D^ sanctae -ae tuae. *ibid.* p. 848^C^. ISID. epist. 4, 1 -ae vestrae). PAP. APF 3, 1906, 168 (*s. IV/V; ad praesidem Phoeniciae*) qui a me ... -ae tuae traduntur (*ibid.* honestatis tuae). PAP. Marini 82, 2, 9 (*a. 489*) a sua -a conscribta(m) ... agnoscit *paginam notarius regius* (*82, 1, 8* nobilitate).

compos.: inhonorificentia.

***honōrifico**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* honor *et* facere; *cf.* honorificus. *de depon. v. p. 2938, 10.* *de notione*: AVG. c. Arrian. 31, 29 'glorificare' ... et '-are' et 'clarificare' tria quidem verba, sed res una est, quod graece dicitur δοξάζειν (*cf.* PS. PRIMAS. in Hebr. p. 715^C^). VEREC. in cant. 1, 3 '-are' dicitur honoribus afficere. GLOSS. δοξάζω. τιμῶ. *legitur inde ab* ITALA, *ubi frequentatur*; VVLG. *praeter libros Italae adnumerandos* (psalm., Sirach, III Esdr.) *habet in vet. test. semel (l. 22), in novo saepius, fere congruentibus Italae codicibus sive singulis sive compluribus.* *de verbis* -o, clarifico, glorifico, magnifico *pro gr.* δοξάζειν *usurpatis v. p. 2937, 82 et cf. Matzkow (p. 2644, 2) 47 sqq.* [*dub.*: CONC.^S^ I 3 Rustic. p. 187, 15 ad -andum (constituendam *vers. Tur., item I 2 p. 103, 39*) universalem pacem ... ecclesiis (*I 1, 4 p. 9, 10* βραβευθῆναι). *depon. falso trad.*: ACT. Petr. 17 p. 63, 10 ut -retur lierem (*sic m. 1 pro* -ret mulierem; -retur mulierem *m. 2*).]

i. q. honore afficere, honorare (*mediopass.*: *infra l. 84. p. 2939, 7. 32*): **1** *vi strictiore de iis, quae reverentiae vel observantiae causa fiunt (spectat ad habitum vel actiones honorificas)*: **a** *usu profano* (*obi. res infra l. 31. 32. 40*): ITALA exod. 20, 12 (Sulp. Sev. chron. 1, 17, 7) -a patrem tuum et matrem tuam (*gr.* τίμα, *Vulg.* honora. deut. 27, 16 [Lugd.] non -at [ἀτιμάζων, *Vulg.* honorat]. Matth. 15, 6 [cod. a *al.*, *et* VVLG.] *muneribus*. Marc. 7, 10 [cod. a]. *al. cf.* VVLG. Sirach 3, 5 matrem [δοξάζων]. CANON. Migne 56, 790^A^ *parentes*. *v. etiam l. 49. 53*). num. 22, 17 (Lugd.; *Balac ad Balaam*) honorifice ... -bo te (ἐντίμως ... τιμήσω, *Vulg.* paratus sum honorare te). iud. 13, 17 (Lugd.; δοξάσωμεν, *Vulg.* honoremus). Iudith 12, 12 (Corb. *al.*, *et* VVLG.) -etur ante faciem eius *Holofernis* (δοξασθῆναι. *cf. p. 2939, 50*). *al.* IREN. 2, 19, 7 -bantur a demiurgo *animae* (*antea*: honoratas). AMBROSIAST. in Rom. 5, 14 p. 96^A^ in I Cor. 3, 7 p. 199^A^. VVLG. Sirach 7, 33 sacerdotes (δόξασον). *al.* I Petr. 2, 17 regem (τιμᾶτε). III Esdr. 8, 29 (ἐτίμησεν). 8, 68 (*v. infra l. 63*). AVG. epist. 54, 4 p. 163, 7 salvatorem (*Zachaeus et centurio*). PS. AVG. quaest. test. I 32, 1 p. 60, 16 pauperem contemnendum ... et divitem -andum *esse*. I 35 p. 63, 11. 18. serm. ed. Mai 37, 2 unus (*latro in cruce*) ... -bat, alter ... blasphemabat *Christum*. CANON. Migne 56, 717^A^ diaconus -etur a ministris *eqs. ibid.* 791^A^ nuptias cum habitatione pudica. *ibid.* 859^A^ civitates ... metropolitano -tae sunt nomine (PS. TERT. execr. 1 deifico -ant [honoricant *cod.*] eos *daemonas* n.). ACT. Petr. 17 p. 63, 10 (*v. supra l. 9*). *-atur Christus homo incarnatione dei* (*cf. p. 2933, 71. 2936, 80*): RVSTIC. c. aceph. p. 1216^B^ *Pauli Samosataei sodales dicebant* hominem purum -tum a deo et deificatum propter operum meritum. *fere i. q. laudare* (*cf. etiam l. 67 sqq.; resp. gr.* δοξάζω): ITALA Matth. 6, 2 (cod. a *al.*, *et* VVLG.) noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt ..., ut -entur ab hominibus. Rom. 11, 13 (cod. d, *et* VVLG.) ministerium meum -bo.

b *usu sacro*: *α generatim fere i. q. colere, adorare, venerari* (*subi. res infra l. 44*): ITALA psalm. 49, 23 (Clem. ad Cor. 35. *et al.*, *et* VVLG.) sacrificium laudis -bit me (*gr.* δοξάσει). Is. 29, 13 (Cypr. epist. 67, 2 p. 736, 15 *al.*) populus iste labiis suis -ant me (τιμῶσιν, *Vulg.* glorificat). Ioh. 5, 23 (cod. a *al.*, *et* VVLG.) ut omnes -ent filium, sicut -ant patrem *eqs.* (τιμῶσι. *cf.* HIL. in psalm. 2, 10 p. 44, 6 alter in altero aut -atur aut spernitur. AMBROSIAST. in I Cor. 15, 27/28 p. 265^B^). 8, 49 (cod. a *al.*, *et* VVLG.) patrem (τιμῶ). Rom. 1, 21 (AVG. c. Faust. 20, 19 p. 560, 2) cognoscentes deum non sicut deum -verunt aut gratias egerunt (ἐδόξασαν, *Vulg.* glorificaverunt. *cf.* AMBROSIAST. *ad l.* p. 58^A^). *al.* IREN. 1, 30, 10 *homines Ialdabaoth* non colebant neque -bant quasi patrem et deum. CYPR. epist. 68, 5 p. 748, 13 *memoriam martyrum* -are et servare (*antea*: honoremus). LACT. inst. 2, 5, 3 suspiciat et -et. 7, 24, 15 adorent et -ent. ira 24, 2 *debemus deum* -are, quod beneficus. HIER. epist. 65, 14, 6 in omnibus vestimentis et odoribus bonis *eqs.* CONC.^S^ I 2 p. 51, 13 (= I 3 vers. Tur. p. 34, 20) siquis non ... una adoratione -at Emmanuhel (*I 1, 1 p. 41, 15* τιμᾷ. *I 5 p. 243, 23* veneratur). NICET. spir. 2 p. 19, 16 *spiritum sanctum* cum patre ... et filio. 22 p. 36, 26 (= VICT. VIT. 2, 99) trinitatem. *-antur loca sacra cultu vel muneribus*: ITALA II Macc. 13, 23 (rec. X, *et* VVLG.) obtulit sacrificium et -vit templum (ἐτίμησεν. VVLG. III Esdr. 8, 68 gentem et t. domini [ἐδόξασαν]). CANON. Migne 56, 791^A^ domum dei (*infra*: honoramus). INST. Iust. 3, 27, 7 ecclesiis ceterisque venerabilibus locis, quae religionis vel pietatis intuitu -antur (*sc. legatis et fideicommissis*). *β speciatim i. q. benedicere, praedicare, laudare* (*resp. gr.* δοξάζω. *cf. etiam l. 37; aliter l. 44. 45.* *acced.* in, quod *sim.*): ITALA exod. 15, 2 (Rufin. Orig. in exod. 6, 2 p. 193, 21. *et al.*) hic deus meus et -bo eum (*Vulg.* glorificabo). psalm. 85, 9 (Mediol. *al.*) *gentes* -bunt nomen tuum (*Vulg. et Hier. psalt. sec. Hebr.* glorificabunt. 85, 12 [Sangerm.]. HERM. vulg. vis. 2, 1 p. 8, 6 *coepi* -are n. eius *domini*, quod *eqs.* [*Pal. 2* laudare]. *cf. p. 2939, 2. aliter p. 2939, 20*). Luc. 2, 20 (cod. d) pastores -antes et laudantes deum in (*gr.* ἐπί) omnibus (*Vulg.* glorificantes. act. 4, 21 [cod. g. *et al.*] in facto [*Vulg.* clarificabant id *eqs.*]). 17, 15 (cod. a *al.*) cum voce magna (*Vulg.* magnificans). Rom. 15, 6 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) in uno ore. *al.* HERM. vulg. mand. 5, 2 p. 46, 4 *animaequitas* -ans dominum (*Pal. 3* laudibus benedicit). vis. 1, 1 p. 2, 14 creaturam dei, quam magnifica ... sit (*Pal. 3* gratularer in ... creaturis). 3, 4 p. 18, 6 *angeli* -bunt dominum, quoniam *eqs.* (*Pal. 2* laudabunt). 4, 1 p. 30, 17 cum -rem et gratias agerem (*Pal. 4* laudante. *cf. supra l. 51*). VVLG. psalm. 49, 15 (*Hier. psalt. sec. Hebr.* glorificabis). PS. ORIG. in Iob 1 p. 393^A^ collaudarent et -rent. p. 399^C^ *angeli* laudantes, -antes, magnificantes *eqs.* AVG. serm. 363, 2. *medio-*

[*Ehlers*]

pass. fere i. q. **laudabilem fieri**: ITALA Is. 66, 5 (Aug. epist. 88, 9 p. 415, 17 *al.*) ut nomen domini -etur (*Vulg.* glorificetur dominus. HERM. vulg. vis. 3, 4 p. 18, 11 [*Pal. 3* laudaretur]. 4, 1 p. 30, 15 *seq.* quia [*Pal. 3* laudaretur]. CLEM. ad Cor. 43. *cf. p. 2938, 70.*).

2 *vi latiore de iis, quae augendi causa fiunt (fere pro gr.* δοξάζω, *quod infra plerumque non notabo)*: **a** *usu profano fere i. q.* **magnificare** *(mediopass. l. 9)*: ITALA II reg. 6, 20 (Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 27, 1; *Melchol ad David*) quid utique -tus est rex Israel, quia denudatus est hodie ...? (*ironice i.* '*gloriosum se gessit*'; *gr.* δεδόξασται, *Vulg.* gloriosus fuit). VVLG. psalm. 36, 20 inimici ... domini mox ut -ti fuerint et exaltati, deficientes (δοξασθῆναι, *Hier. psalt. sec. Hebr.* gloriantes). *de re fere i. q.* **mirifice augere**: ITALA deut. 28, 59 (Lugd.) -bit dominus plagas tuas (παραδοξάσει, *Vulg.* augebit).

b *usu sacro i. q.* **glorificare** *(praecipue in* ITALA Ioh., *ubi doctrina glorificandi viget; cf. p. 2947, 55)*: α *generatim de gloria dei, Christi*: ITALA Ioh. 8, 54 (cod. b *al.*) respondit Iesus: si ego -o me, honor meus nihil est: pater meus est, qui -at me (*Vulg.* glorifico). 11, 4 (cod. l; *de resuscitatione Lazari*) ut -etur filius eius *dei* per ipsum (*Vulg.* glorificetur). 12, 28 (cod. a) pater, -a nomen tuum (*Vulg.* clarifica. *ibid.* [cod. a *al.*]: et -vi et iterum -bo). 13, 31 (cod. a *al.*; *cf. infra l. 40*) deus -tus est in illo *filio hominis* (*Vulg.* clarificatus. *c. abl. pers. ut*: 13, 32 [cod. l *al.*]. 14, 13 [cod. a *al.*; *Vulg.* glorificetur]. 17, 10 [cod. a *al.*] -tus sum *Christus* in illis *discipulis* [*Vulg.* clarificatus]). 15, 8 (cod. aqr) in hoc -tus est (-bitur *a*) pater meus, ut ... sitis mei discipuli (*Vulg.* clarificatus. *c. abl. rei ut*: VVLG. I Petr. 4, 11 ut in omnibus -etur deus per Iesum Christum). 16, 14 (cod. a *al.*) *spiritus veritatis* me -bit *Christum* (*Vulg.* clarificabit). 17, 1 *et* 4 (cod. a *al.*). 21, 19 (cod. ad) significans *Iesus*, qua morte -turus esset (-bit *d*) deum *Petrus* (*Vulg.* clarificaturus. *de martyrio ut*: AMBR. c. Aux. 13 p. 1011^A per crucem suam -vit ... Iesum *Petrus*). *mediopass. fere i. q.* **magnum se praebere**: ITALA exod. 15, 1 (Nicet. psalm. 3 p. 70, 9. *et al.*) cantemus domino: gloriose enim -tus est (δεδόξασται, *Vulg.* magnificatus). *seq. inf.*: ITALA Hebr. 5, 5 (Ambr. epist. 63, 47) *Christus* non se -vit fieri summum sacerdotem (ἐδόξασεν γενηθῆναι, *Vulg.* clarificavit ut ... fieret).
β *speciatim de gloria aeterna* (*Christi praeter l. 45*): ITALA Ioh. 7, 39 (cod. b *al.*) Iesus nondum erat -tus (*Vulg.* glorificatus). 12, 23 (cod. a *al.*) venit hora, ut -etur filius hominis (*Vulg.* clarificetur). 13, 31 (cod. l *al.*) nunc -tus est (*Vulg.* clarificatus). 13, 32 (cod. a *al.*; *Vulg.* clarificabit). 17, 1 (cod. a *al.*; *Vulg.* clarifica). 17, 5 (cod. a *al.*) nunc -a me tu pater ... gloria, quam habebam apud te *eqs.* (δόξασον ... δόξῃ, *cod. q* -a ... honore, *Vulg.* clarifica ... claritate). act. 3, 13 (cod. p) *deus* -vit ... Iesum (*Vulg.* glorificavit). Rom. 8, 30 (Pelag. in Rom.) quos ... iustificavit, hos ... -vit *deus* (*Vulg.* glorificavit. *cf. Pelag. ad l.*).

deriv.: honorificatio. *compos.*: dehonorifico, inhonorifico.

part. p. p. **honōrificātus**, -a, -um. valde, vehementer -us *pro superl.*: *l. 55. 56.* **1** *i. q.* **honoratus** *(de hominibus praeter l. 52. 55)*: ITALA Iudith 12, 12 (Sangerm. 15; *cf. p. 2938, 22*) fieri in hodierna die -a sicut una filiarum *eqs.* (*om. gr.*, honorifica *Reg.*, *Sangerm. 4; Vulg. deest*). I Petr. 2, 4 (cod. s, *et* VVLG.) lapidem ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum et -um (παρὰ δὲ θεῷ ἐκλεκτὸν ἔντιμον [*2, 6* pretiosum. *cf. Is. 28, 16*]. *inde pendet*: DAMIG. lapid. 14 sapphirus ... lapis -us est vehementer a deo). IREN. 1, 29, 2 *Autogenen* valde -um dicunt. VVLG. Sirach 15, 2 mater -a (*om. gr.*). 24, 16 populo (δεδοξασμένῳ). **2** *fere i. q.* **magnificus** *(sec. gr.)*: ITALA I Petr. 1, 8 (Fulg. Rusp. epist. 14, 7 p. 398^A, *cf.* cod. r) exsultate laetitia inenarrabili et -a (δεδοξασμένῃ, *Vulg.* glorificata).

gerund. **honōrificandus**, -a, -um. *i. q. reverendus*: DIDASC. apost. 1, 7 asparsionis participes -i et innocentis sanguinis Christi.

honōrificus, -a, -um. [*ab* honor *et* facere. *J. B. H.*] on-: CIL X 228, 10. *notatur* h: CIL VI 37170, 6 *et* 7 (*a. 259*); -fic: CIL X 228, 10. *compar.* -entior *et superl.* -entissimus (*pro positivo p. 2941, 9*) *inde a* CIC.; *cf.* perquam -us *infra l. 82.* NOT. Tir. 33, 83. GLOSS. *v. infra l. 73. p. 2940, 60.* *legitur inde a* CIC. Verr. (*oratt. 6^ies, phil. semel, epist. 16^ies*). *vi passiva ap.* ANTON. Cic. Att. *et inde a* PS. BRVT., ITALA, *in titulis inde ab a. 259* (*p. 2940, 75*). [*dub.*: RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 6 p. 1341^C comoediarum ... fabulas, tragoediarum vel commenticias vel -as narrationes.]

1 *vi activa i. q.* **honorem praestans, honorans** (GLOSS. τιμητικός. munificus [*v. p. 2940, 45*]. *acced.* de: *infra l. 80. p. 2940, 3. 4. 5. 11, cf. p. 2941, 28*; erga: *p. 2940, 7. 12. 13.*; in *c. acc.*: *infra l. 81. p. 2940, 2. 8. 10. 11. 14. 46. 50. 54, cf. p. 2941, 29*; iuxta: *p. 2940, 52*; super: *p. 2940, 22*; *dat.*: *p. 2940, 9. 33. 36*): **a** *de rebus*: α *generatim*: CIC. Verr. II 2, 122 decrevit senatus -o senatus consulto, ut iis *Halaesinis* C. Claudius ... leges conscriberet (epist. 12, 25, 1 factum de te s. c. -um [15, 13, 2 quam -entissimum]. CAES. Gall. 1, 43, 7 quam ... -a in eos. PLIN. epist. 3, 4, 3 perquam -um). Vatin. 4 verbum ..., quod non iucundum et -um ad aures tuas accidat (Phil. 14, 29 -entissimis. Tusc. 2, 61 Att. 5, 20, 1. CLAVD. DON. Aen. 1, 470 p. 327, 8 continentibus sci-

licet laudem). Deiot. 10 -entissimis decretis *senatus* (R. GEST. div. Aug. 1. LIV. 33, 20, 8 senatus -a in se d. responsaque. SVET. Iul. 78, 1 -entissimis. AVSON. 419, 3 p. 354 P.). 37 senatus ... iudicia de illo. Phil. 2, 39 numquam ab eo *Pompeio* mentio de me nisi -a (ad Q. fr. 2, 10, 2 de te). Att. 1, 16, 4 quae mihi res multo -entior visa est quam *eqs.* (epist. 5, 2, 1 r. amplissimis atque -entissimis). 1, 16, 5 de cuius *Crassi* oratione erga me -a (epist. 5, 2, 3 non solum in te -am, sed etiam in collegas tuos contumeliosam. LIV. 45, 44, 20 non tam -am audientibus quam sibi deformem). 7, 1, 8 cum is *Cato* -entissimam in me sententiam dixisset (epist. 10, 22, 2 -entissimam de te. TIRO Gell. 6, 3, 13 -is verecundisque. TAC. hist. 4, 4, 3 in ... principem). 7, 3, 8 meis ... -entissimis erga se officiis. 10, 16, 5 sermone ... -o erga me. LIV. 6, 34, 8 causam doloris ... nec satis piam adversus sororem nec admodum in virum -am. VELL. 2, 32, 1 civitatis testimonio. 2, 45, 4 P. Clodius ... sub -entissimo ministerii titulo M. Catonem ... relegavit (*cf.* SEN. dial. 10, 18, 4 ministerio -o). SEN. dial. 5, 34, 1 (*inter causas irae*) motus corporum parum -os. QVINT. inst. 6, 3, 6 ridiculum dictum ... numquam -um *est*. APVL. flor. 16 p. 71 benignitatem. TERT. idol. 10 p. 39, 26 ornamenta *deorum*. CYPR. epist. 15, 1 p. 514, 9 petitionem. 55, 8 p. 629, 20 litteras -as et laudabiles et testimonio suae praedicationis inlustres (HIER. vir. ill. 35 p. 25, 8 super nomine *Irenaei*). AVSON. 163, 32 p. 32 P. munere (PS. AVG. serm. RevBén. 41, 199 l. 58 GREG. TVR. Franc. 3, 8). AMM. 15, 5, 21 scriptis. SCHOL. Stat. Theb. 2, 629 (*fama*). CLAVD. DON. Aen. 7, 130 p. 21, 26 preces. AVG. civ. 10, 1 p. 402, 18 D. vel recordatione vel praesentia. MACR. Sat. 2, 4, 31 epigramma. ALC. AVIT. epist. 10 p. 44, 22 salutationis. INSCR. Afr. Gsell I 4011, 12 (*s. IV*) obsequio (4012, 17). CE 1808, 5 (= INSCR. christ. Diehl 1825) cuius (*conditoris basilicae*) -os ... labores. *c. neutr. pron.* (*per ellipsin l. 38*): CIC. ad Q. fr. 3, 2, 2 nihil umquam -entius nobis accidit (ad Brut. 1, 5, 1. *cf.* TAC. ann. 6, 7, 1 non aliud. AMBR. c. Aux. 36 p. 1018^B quid ...?). ad Brut. 1, 15, 7 decrevi imperium (*Octaviano*), quod ... videbatur illi aetati -um. NEP. Eum. 1, 5 *Philippus Eumenem* habuit ... scribae loco, quod multo apud Graios -entius est quam apud Romanos. MART. 10, 45, 2. TAC. dial. 9, 2 egregium poetam vel, si hoc -entius est, praeclarissimum vatem. hist. 1, 17, 2 -um id militibus fore. PLIN. epist. 1, 5, 12 nunc me intellegere maligne dictum ..., ceterum potuisse -um existimari. PS. BRVT. (*p. 2941, 2*). -um est *c. inf.* (*aliter p. 2941, 11*): PS. AMBR. trin. 11 p. 522^C ex deo ... vero ... verum filium confiteri -um est.

β *t. t. rhetorum*: QVINT. inst. 6, 3, 108 *Domitius Marsus* seria partitur in tria genera, -um, contumeliosum, medium, et -i ponit exemplum Ciceronis (*Lig. 35*).

b *de hominibus (animo) i. q.* **reverens** (*in titulis fere i. q.* **munificus, liberalis**; *v. p. 2939, 74 et cf.* honorificentia *p. 2937, 3*): CIC. epist. 2, 13, 2 *Appius* -us in me cos. fuit et suavis amicus. CIL XI 405, 6 (*Arimini; a. 169*) Aureliae Calligeniae Titi Sabiniani ... pudicissimae -entissimaeq(ue) feminae ... ob munificentiam in se ... conlatam (*cf. infra l. 79*). CAPITOL. Pert. 13, 2 fuit in curia -entissimus. PS. AVR. VICT. epit. 48, 9 *Theodosius* in omnes homines -us. AMM. 25, 10, 15 *Iovianus* Christianae legis ... studiosus et ... -us. CLAVD. DON. Aen. 1, 570 p. 113, 29 iuxta hospites *Dido*. 11, 500 p. 490, 4. 12, 560 p. 617, 16. CIL IX 1685, 5 (*p. 2937, 14*). X 228, 10 (*Grumenti*) ⟨ob animu⟩m eius onorific(um) ⟨in nos⟩. INSCR. EphEp. 8, 370 n. 41, 5 (*Emeritae*) patrono. CE 437, 9 semper -us, semper communis amicis.

2 *vi passiva et obiectiva de iis, qui (quae) honore fruuntur vel honorem in se habent: i. q.* **honoratus, honorabilis, honoris plenus, honestus** (*cf.* magnificus. *de usu v. p. 2939, 68.* GLOSS. ἔντιμος. τίμιος. GLOSS. II 455, 48 τιμιώτατος: ... -entissimus): **a** *de hominibus* (*cf. infra l. 84. p. 2941, 1. 5*): ITALA num. 22, 15 (Lugd.) *Balac* adposuit adhuc mittere principes plures et -entiores his *prioribus* (*gr.* ἐντιμοτέρους, *Vulg.* nobiliores. *cf.* Luc. 14, 8 [cod. d; *Vulg.* honoratior]). deut. 26, 19 (Lugd.) fecit te nominatum et gloriosum et -um (δοξαστόν, *Vulg. aliter*). 33, 16 (Lugd.) -us ante fratre (*l.* inter fratres) *Ioseph* (δοξασθεὶς, *Vulg.* nazaraei). Ios. 4, 4 (Lugd.) viros -os (ἐνδόξων, *Vulg.* quos elegerat). Iudith 12, 12 (*p. 2939, 51*). AMBROSIAST. in Rom. 2, 9 p. 66^C *Iudaeus* credens -entior est ..., diffidens ... peius tractandus est. 11, 13/14 p. 150^C -entior ... fiet *Paulus* (*infra*: in laude maxima erit). in Eph. 6, 3 p. 399^C parentes (*cf. exod. 20, 12*). AVG. coll. c. Don. 1, 13 p. 46, 8 *cognitorem* sic laudaverunt, ut dicerent '-um, iustum, reverentem, benignum' (*v. Petschenig, ed. p. 388*). ACT. Petr. 5 p. 50, 17 -entior sit tibi Petrus. INSCR. christ. Diehl 4642 (*Romae*) omnibus -entissimo et idoneo. *titulus sollemnis*: CIL VI 37170, 6 sqq. (= Dessau 4438; *a. 259*) Flaviae Epicha⟨ridi⟩ ... Sextia Olympias h(onorifica) f(emina) et Chrestina Dorcadius h(onorifica) f(emina) -ae feminae (*v. Dessau ad l. et Hirschfeld, Kl. Schr. 679, 5, qui huc trahit* CIL XI 381, 1 [*Arimini*] honorif⟨...⟩ feminae. *aliter supra l. 48*). LVCIF. epist. 1 tit. p. 319, 6 domino -entissimo Eusebio episcopo. *dub.*: OPTAT. app. 2 p. 202, 3.

b *de rebus*: α *vi passiva integra de iis, quae honore fruuntur*: ANTON. Cic. Att. 14, 13^A, 3 arbitror malle te (*Cic.*) quietam senectutem et -am potius agere quam sollicitam. PS. BRVT. Cic.

[*Ehlers*]

ad Brut. 1, 17, 4 (*Attico*) *Cicero* servitutem, -am modo, non aspernatur, si quicquam in extrema ... contumelia potest -um (*v. p. 2940, 38*) esse. β *praevalente vi obiectiva de rebus suo honore praeclaris* (*fere i. q. 'magnificus'*): ITALA deut. 28, 58 (Lugd., Wirc.) nomen -um et mirabile *dei* (ἔντιμον, *Vulg.* gloriosum. HERM. vulg. vis. 3, 3 p. 17, 14 omnipotentis et -i n. [5 ἐνδόξου, *Pal.* gloriosi]. 4, 1 p. 30, 16. 4, 2 p. 32, 14 magnum et -um). HERM. vulg. vis. 1, 3 p. 7, 2 consilio (4 ἐνδόξῳ, *Pal.* magno). CLEM. ad Cor. 34 magnarum et -entissimarum promissionum *domini* (7 ἐνδόξων). 45 magnificam et -am ... religionem (7 ἔνδοξον). CE 1255, 5 vitae (*i. 'honestae'*). -um est *c. inf.* (*syn.* bonus; *aliter p. 2940, 38*): VVLG. Tob. 12, 7 sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei revelare et confiteri -um est (*gr.* ἀνακαλύπτειν ... ἐντίμως *cod. S*, ἀ. ἐνδόξως *cett. ut 12, 11*).

subst. -a, -ōrum *fere i. q. opes, divitiae*: VVLG. III Esdr. 1, 56 *Chaldaei* consummaverunt omnia -a eius *Ierusalem* (*gr. 53* ἔνδοξα).

deriv.: honorificentia. *cf.* honorifico. *compos.*: inhonorificus, perhonorificus.

adv. **honōrificē.** PS. ASPER gramm. suppl. 55, 13 (*inter adv. in 'e' exeuntia*). *compar.* -entius: CIC. *quater.* AMBR. epist. 40, 33 AVG. c. Gaud. 1, 2, 3 p. 202, 17. CIL VIII 7013, 13 *l. 74* (*loco superlativi accipit Dessau, Inscr. lat. sel. III 858*). *superl.* -entissime *nonnisi ap.* CIC.; *cf.* -e nimis *infra l. 59.* SYNON. Cic. p. 423, 12 B. GLOSS. ἐντίμως. *inde a* CIC. Verr. (*oratt.* 7^{ies}, *epist.* 22^{ies}). [*dub.*: SERV. Aen. 9, 500 (Homerice *var. l.*).]

1 *vi generali i. q. cum honore (praestando vel accipiendo), honeste, digne sim.* (*coniunct.* honeste: *infra l. 68.* -e honorificare: *p. 2938, 20.* *acced.* circa: *infra l. 49*; de: *infra l. 37 bis. 41. 44, cf. etiam p. 2939, 74*; in: *infra l. 38. 43. 47. 48, cf. etiam p. 2939, 75*; pro: *infra l. 44*): CIC. Verr. II 3, 166 tractati -e sunt *publicani* (Att. 14, 13^{b}, 3 liberalissime atque -entissime [*cf.* epist. 13, 11, 2. 13, 27, 2 nec liberalius nec -entius. 13, 31, 1. 13, 40]. epist. 7, 17, 2 QVEROL. p. 46, 12 DARES 35 AVG. c. Gaud. 1, 2, 3 p. 202, 17. NICET. fid. 7 p. 16, 23 [= PS. VIGIL. THAPS. trin. 10 p. 290^{B}]). 4, 62 -e acceptum *Antiochum.* 4, 138 -e ... consurgitur (*in senatu*). Sest. 32 nullum erat ... municipium (*eqs.*) ..., quod ... non -entissime de mea salute decrevisset (epist. 3, 9, 4. 15, 13, 3 de meis rebus gestis. VELL. 2, 62, 1 in Caesarem *eqs.*). Pis. 35 ut nemini sit triumphus -entius quam mihi salus ... perscripta. Phil. 7, 23 respondendum -e est Marrucinis (Att. 8, 11^{d}, 7 -e et large). 11, 33 quae de illo viro (*Deiotaro*) Sulla (*eqs.*) ..., quam ornate, quam -e, quam graviter ... praedicaverunt. Att. 2, 25, 1 nec amantius nec -entius nec copiosius potuisse dici (epist. 5, 2, 2 in te. 11, 6, 2 de te. BRVT. [?] Cic. ad Brut. 1, 16, 1 quod pro nostra dignitate fideliter atque -e dixeris aut feceris. SERV. auct. Aen. 8, 681 CLAVD. DON. Aen. 8, 70 p. 124, 18 AVG. gest. Pelag. 15, 38 p. 94, 14). 7, 1, 6 -e in quemquam fieri (12, 18^{a}, 2 de nepote. 15, 10, 1 senatus consultum ... faciundum. LIV. 42, 1, 7 in se. SEN. dial. 2, 13, 2 parum -e facta [*opp.* honores]. CYPR. epist. 3, 1 p. 469, 11 -e circa nos ... fecisti [15, 1 p. 514, 3]. AMBR. epist. 40, 33. *cf. etiam l. 45. 82*). 14, 13, 6 *scripsit* (14, 13^{b}, 2 cum amantissime, tum -entissime. AVG. retract. 2, 10 p. 143, 7). epist. 3, 4, 2. 4, 4, 3. 6, 6, 10 -entissime Pompeium appellat *Caesar* (15, 2, 8 HIRT. Gall. 8, 49, 3 SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 22. SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 32 praenomine). 13, 15, 1 CAEL. Cic. epist. 8, 11, 2. Q. CIC. pet. 44 large atque -e promitti. PLIN. nat. 27, 45. SVET. Aug. 13, 2 salutato. Cal. 35, 1 exceptum (IVST. 28, 4, 10 HIL. c. Const. 15 p. 593^{A}. *cf.* AMM. 15, 8, 21 susceptura [AVX. Maximin. c. Ambr. 59 p. 75, 30. HIER. chron. a. Abr. 1957 (= SVET. frg. p. 81). IORD. Get. 175 -e nimis]). FRONTO p. 117, 11 N. adfaris. ITALA num. 22, 17 (Lugd.; *v. p. 2938, 20*). ITIN. Alex. 15 -e vidisse *captas* (MAR. VICTORIN. in Gal. 1, 15 p. 1156^{A} AMM. 21, 12, 24). ARNOB. nat. 7, 36 p. 270, 11 satis sancte atque -e supplicatum. LIV. perioch. 2 p. 6, 1 -e remissa *Cloelia* (*cf. Liv. 2, 13, 9*). DON. Ter. Ad. 511. VIR. ill. 78, 6 sepeliri (DARES 31. VVLG. Tob. 14, 2 [*gr. S* ἐνδόξως]. AVG. civ. 1, 13 p. 24, 6 D. diligenter atque -e tegendum sepeliendumque. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. A 3. *cf.* GREG. TVR. glor. conf. 97 p. 810, 13 humatus). EVTR. 6, 13 habitum (*v. p. 2440, 76. adde*: OROS. hist. 7, 43, 12 -e ... honesteque). SCHOL. Cic. Bob. p. 148, 25 CLAVD. DON. Aen. 6, 395 p. 560, 13. VVLG. I Macc. 11, 60 (*gr.* ἐνδόξως). AVG. civ. 10, 17 p. 430, 2 D. serm. 203, 2, 2. 302, 23, 21 -e et pacifice. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 73, 34 -e praeponentes (*I 1, 7 p. 142, 21* προτιμήσαντες). 7, 76, 6 (*I 1, 7 p. 75, 32* ἐντίμως. *I 5 p. 373, 16* honeste). EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 950^{C} -e (*om. gr.*) prosequuntur *cornices ciconias.* PS. THOM. euang. 6, 1. CIL VIII 7013, 13 (= Dessau 1236; *Constantinae, s. IV*) statuam ... ordo coloniae Milevitanae in foro Constantinae civitatis, ubi -entius erigendam credidit, ... posuit (*cf. supra l. 21*).

c. verb. intransit. vi passiva: LIV. 44, 31, 14 cum praetore ... -e est epulatus *Gentius.* AMBROSIAST. in I Tim. 5, 1/2 p. 476^{A} *anus mite doctae* -e proficiunt. PS. AVG. serm. ed. Mai 97, 10 David ... -e ... floruisse.

2 *vi speciali*: a *i. q. honoris gratia, voluntarie*: CYPR. epist. 59, 19 p. 689, 15 ut, quod alias sponte atque -e facis, etiam petente me facias. b *i. q. pudice* (*cf. p. 2943, 24*): PAVL. NOL. epist. 50, 13 p. 417, 1 *praeceptum Pauli,* ut unusquisque suum vas (*i. corpus*) -e possidere noverit (*cf. Vulg. I Thess. 4, 4* in sanctificatione et honore).

honōriger, -a, -um. *ab* honor *et* gerere. *i. q. honorem gerens, honorificus*: TERT. virg. vel. 10 p. 897 Oe. *feminae praeferunt* -am notam virginitatis suae.

honōripeta, -ae *m.* *ab* honor *et* petere, *ad vert. gr.* φιλότιμος *formatum vid.; cf.* agripeta, heredipeta. GLOSS.^{L} IV Plac. H 6 -ae (-petes, -pedes *varr. ll.*) sunt, qui honores petunt, ut dicimus heredipetas *eqs.*

i. q. φιλότιμος, *honoris cupidus, ambitiosus*: APVL. Plat. 2, 15 culpabilium ... virorum quattuor formae sunt, quarum prima -arum (honori poetarum *codd., sed o eras. B; corr. ed. pr.*) est (*Plat. rep. 8, 545^{A}* τὸν φιλόνεικόν τε καὶ φιλότιμον, *cf. 545^{B}; agitur de republica q. v.* τιμοκρατία, τιμαρχία).

*honōro, -āvī, -ātum, -āre *et* honōror, -ātus sum, -ārī. [*ab* honor. *J. B. H.*] *de scriptura* (*errata*: CIL VI 3452, 14 horatam. 33846, 5 honeravero [*cf. infra l. 23. 40. 42*]): h *testatur* CHAR. gramm. p. 472, 35 B. on-: CIL II 1088, 17 (*ca. s. III*). III 510, 6. 6292, 12 XIV suppl. Ost. 5359, 2. hón-: CIL VI 85^{b}, 2 (*a. 198*; hon- *ibid.* ^{a}, 2). -nór-: CIL VI 1887, 9. 9044^{a}, 5. 34008, 1 X 2878, 8 XI 575, 1. 1273, 4 XII 3203, 4. 3219, 6. XIV 3608, 29 (*s. I*). -rátus: CIL X 1881, 4 (*a. 165*). XII 3187^{a}, 1. 3203, 4. 3219, 6. -tó: CIL XII 3219, 6. *in lusu verborum c. voce q. e.* onero (*cf. supra l. 17. infra l. 40. 42*): LIV. 22, 30, 4 (*p. 2947, 8*). AVG. epist. 23, 3 p. 66, 23. 101, 1 p. 539, 8 serm. 85, 5, 6 serm. coll. Morin p. 366, 13 SIDON. epist. 8, 8, 3 POMER. 1, 25, 1 p. 440^{A} ALC. AVIT. epist. 18 p. 49, 22. -tus *abbreviatur*: hon: CIL III 510, 6 on. 649, 1. 659, 2. 14206, 28. VI 85, 2 (*a. 198*). 527, 3 (*a. 129*). 4019, 4. 4037, 2. 5744, 4. XIV 44, 12 (*bis*). 256, 23 INSCR. Bull. corr. hell. 47, 1923 p. 71 n. 26. honor: CIL III 384, 10. 514, 5 V 6349, 8 VI 1838, 6. 1887, 9 XI 6358, 7 XIV 309, 7. 2408, 5 *et* 12 (*a. 169*). suppl. Ost. 5359, 2 onor. honorat: CIL III 14387^{i}, 4 (*s. I*). VI 5744, 2 XIV 2630, 5. *de formis*: *depon.* -or: AMPEL. 2, 5. SOL. 1, 123 (-vit *G*). 2, 26 PS. SOL. add. p. 221, 17 SCHOL. Germ. Bas. p. 99, 3. NOT. Tir. 33, 82 -tus.

de notione: PRISC. gramm. III 274, 16. SYNON. Cic. p. 421, 8 B. GLOSS. τιμῶ. honore munerat. honorem reddit. honorem tribuit. *cf. p. 2948, 4.* *legitur inde a* CIC., *sed partic.* -tissimus *semel iam ap.* PLAVT. (*p. 2948, 23*); *attuli omnes locos scriptorum ante* TERT. *praeter p. 2946, 41.* [*it.* onorare, *hisp.* honrar. *M.-L.*]

[*confund. c.* onero *passim* (*cf. supra l. 17. 23. infra l. 42*); *alia v. infra.* *dub. vel falso trad.*: PACVV. trag. 291 (*pro* oneratus. *cf.* OV. met. 10, 101 *M.* VAL. MAX. 7, 8, 2. TERT. nat. 1, 7 p. 68, 27 [ignorare *Gron.*]. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 12. 4, 37 p. 548, 28. IVNIL. praef. p. 469, 9 *ME* [*def. Kihn* iniuria]). CIC. Verr. II 1, 34 (*SD*, ornabat *cett.*). PS. DOSITH. frg. iur. 2 TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 21 ITALA *vol. V 1, 391, 69.* AMM. 23, 5, 18 (roborata *C. F. W. Mueller*). COD. Theod. 1, 9, 3 CASSIOD. inst. 1, 17, 2. *leg. e coni. dub.*: TERT. pudic. 16 p. 255, 20. castit. 13 p. 755 Oe. (oneratur *codd.*). PORPH. Hor. carm. 3, 2, 19/20 (coronetur *codd.*).]

I *i. q. honore afficere*:

A *spectat ad habitum honorificum*: *i. q. reverenter colere, venerari, prosequi, observare sim.* (*nude positum; c. acc. duplici*: *infra l. 70.* *de differentia inter voces* -are *et* adorare *v.* AVG. c. Arrian. 23, 19 -at ... omnis qui adorat, non autem adorat omnis qui -at. *cf.* DRAC. *l. 83*):

1 *usu profano*: a -*antur homines* (vultus *p. 2943, 4*): SEN. contr. 2, 2, 11 perit aliqua cum viro, perit aliqua pro viro: illas ... omnis aetas -bit, omne celebrabit ingenium. 2, 7, 7 pudicas. TERT. idol. 21 p. 55, 6 -as eos, quibus impositis obsequium praestitisti. nat. 2, 7 p. 107, 19 *poetas.* scorp. 14 p. 177, 21 condixerat ... Petrus (*I Petr. 2, 13*) regem ... -andum *eqs.* (AVG. civ. 2, 20 p. 78, 15 D. *reges provinciae* sinceriter. GREG. TVR. Franc. 3, 14 p. 120, 18 ut regem. *cf.* TERT. Scap. 2 p. 541 Oe. *imperatorem* diligat et revereatur et -et *eqs.* [AVG. civ. 5, 24 p. 237, 6 D. sublimiter]). coron. 11 p. 443 Oe. patrem et matrem et omnem proximum, quos ... lex -ari et post deum diligi praecepit (VVLG. exod. 20, 12. deut. 5, 16 [*item* ITALA Lugd.]. 27, 16 [*p. 2938, 17*]. Mal. 1, 6 filius -at patrem et servus dominum suum [δοξάζει]. *al. cf.* HIER. epist. 60, 10, 7 viduas et virgines Christi -are ut matres. COD. Iust. 1, 1, 8, 8 [= EPIST. pontif. 884 Avell. p. 322, 10. 345, 2] patrem -antes vestram *papae* beatitudinem. 12, 3, 5 pr. loco patris *patricios. v. et p. 2943, 16*). CYPR. epist. 3, 2 p. 471, 14 sacerdotes veros legitime et plene (HIL. c. Const. 5 p. 582^{A}. AVG. civ. 2, 11 p. 65, 27 D. *opp.* probrosos haberent. PASS. Thom. p. 154, 8. *v. et* CYPR. epist. 3, 1 p. 470, 2). PS. HIL. libell. 21 p. 749^{B} sanctos et coaequales. AVX. Maximin. c. Ambr. 62 mire et gloriose *Ulfilam.* HIER. in Mich. 7, 5/7 p. 1220^{B} -emus episcopum, presbytero deferamus, assurgamus diacono. *al.* VVLG. lev. 19, 32 personam senis (*cf.* BENED. reg. 63 iuniores ... priores suos -ent, priores minores suos diligant). Tob. 10, 13 soceros (*gr. 12* τίμα). Sirach 38, 1 medicum (τίμα). I Tim. 5, 3 viduas (τίμα. *aliter explicat Hier. in Matth. 15, 4 sqq. p. 106^{A}*: hic honor donum intelligitur. *sed cf. supra l. 69*). *al.* AVG. in euang. Ioh. 30, 8 p. 1636 homines diverso modo pro suis gradibus -amus. DRAC. Romul. 8, 331 reginam frater (*Hesionen Priamus*) -at, nos et adoramus. *et al* *c. notione probandi, recipiendi*: FILASTR.

[*Ehlers*]

36, 3 *Cerinthus* Paulum ... non accipit, Iudam traditorem -at (AVG. in euang. Ioh. 51, 12 p. 1768 reprobatum potius quam -tum videmus). *c. notione praeferendi:* VVLG. lev. 19, 15 non consideres personam pauperis nec -es vultum potentis (*cf. p. 2944, 14*).

b *-antur res: fere i. q. magni aestimare (de re naturali infra l. 11):* α *notione honoris servata:* TERT. nat. 1, 2 p. 61, 26 plerique fidem talium (*incredibilium*) temperant -antes (horrentes *Rigalt.*) naturam *increduli.* 2, 7 p. 107, 11 *poeticam* -atis atque in necessariis artibus habetis. ITALA prov. 4, 8 (Hier. epist. 52, 3, 2) -a illam *sapientiam* (τίμησον, *Vulg. aliter*). PS. SOL. add. p. 221, 17 (*v. p. 2942, 33*) ipsi, quibus provenit, -antur *hebenum.* AVG. civ. 2, 2 p. 54, 25 D. *barbari* famulatum deditum Christo ... -verunt. 16, 2 p. 123, 7 D. in passione Christi et quod pro nobis factum est -amus et Iudaeorum facinus aversamur. *ibid.* p. 124, 10 (*cf.* 13) *probi* -ant intus in corde infirmum et stultum dei (*v. Vulg. I Cor. 1, 25*). serm. 213, 7, 7 *ecclesiam* (214, 11 e., matrem vestram ... -ate, diligite, praedicate). SALV. gub. 6, 36 altaria spernimus et theatra -amus. *de lege sim. (spiritu sancto l. 19) fere i. q. observare:* TERT. pudic. 12 p. 242, 21 (*lex ne solvatur:*) ultro pactus *spiritus sanctus,* quo magis -andus. monog. 1 p. 762 Oe. continentia legem nuptiarum -at (AVG. gest. Pelag. 6, 16 p. 68, 14 lex dei, quae ... contemnitur, a te sola -etur). AVG. civ. 14, 21 p. 45, 15 D. *scripturas divinas* accipiant et -ent. in psalm. 118 serm. 31, 5 etiam quod in ea (*lege dei*) non intellegit -at (*cf.* 146, 12 serm. 51, 4, 5). *fere i. q. pudicum servare* (*cf. p. 2941, 83*): HIER. epist. 22, 38, 7 si ... corporis earum (*virginum apud haereticos*) auctor est diabolus, quomodo possunt -are (orare *k*) plasticam hostis sui? β *notione honoris evanescente:* ? VAL. MAX. 5, 2 ext. 1 non ... pretium rei aestimatum, sed occasio liberalitatis -ta (*i.* '*spectata*'; ponderata *Gertz*) est. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 27, 1 silentium ... -vimus (*i.* '*exercuimus*'?) in factis a te ... blasphemiis (*I 1, 1 p. 33, 10* τιμήσαντες [σιγήσαντες, σιωπήσαντες *varr. ll.*]. *vers. Tur. et I 2 p. 45, 32* dileximus. *I 5 p. 236, 15* continentes). *ibid.* vers. Tur. p. 146, 35 oportebat ... sacris repletos poculis (*sc. eruditionibus*) -are satietatem (*I 1, 2 p. 92, 15* τιμῆσαι. *i.* '*sufficientem habere*').

2 *usu sacro de deis, idolis, sanctis, locis rebusque sacris (de imagine infra l. 56): fere i. q. adorare (cf. p. 2942, 53), colere, venerari (resp.* φοβεῖσθαι *infra l. 46. interdum subaudiuntur etiam actiones honorificae, sc. officia sacra [cf. p. 2945, 29 sqq.]):* TERT. idol. 20 p. 54, 8 neque ... Saturnum -o, si ita vocavero eum suo nomine. nat. 2, 16 p. 129, 2. orat. 2 p. 182, 8 deum cum suis (*sc. Christo, ecclesia*). *al.* ITALA Ioh. 5, 23 (Tert. adv. Prax. 21 p. 266, 4) uti omnes -ent filium, sicut -ant patrem *eqs.* (*cf. p. 2938, 47*). Rom. 1, 21 (Aug. civ. 14, 28 p. 57, 7 D.) non ut deum -verunt aut gratias egerunt (*cf. p. 2938, 51*). *al.* VVLG. sap. 14, 17 (*de idololatria; syn.* colerent). Sirach 7, 33 -a deum (φοβοῦ). II Macc. 3, 12 *templum* per universum mundum -atur (τετιμημένον. *aliter p. 2945, 54*). *al.* GENNAD. dogm. 73 sanctorum corpora et ... martyrum reliquias (AVG. civ. 22, 10 tit. p. 583, 2 D. quanto dignius -entur martyres ... quam daemones [serm. 273, 3, 3 ut m. -emus et cum martyribus deum colamus. *al.* PALLAD. hist. mon. I 32 p. 318[D] sufficienter]. *cf.* RVFIN. hist. 5, 18, 6 ut martyres -antur [*gr.* τετιμημένων]. SVLP. SEV. chron. 2, 51, 7 *sectatores Priscilliani,* qui eum prius ut sanctum -verant, postea ut martyrem colere coeperunt. *v. et p. 2945, 80 sqq.*). AVG. civ. 8, 14 p. 342, 19 D. daemones (*al.*). in psalm. 46, 5 *dominus* -atur a gentibus ..., adoratur ab alienis. *adde de imagine:* TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 641, 3 nemo non diliget imaginem ... sponsae, immo et servabit illam et -bit et coronabit. SPART. Carac. 3, 5.

B *spectat ad actiones honorificas (fere nude vel c. abl. c. acc.: p. 2944, 24 [?]. 2946, 75.* de: *p. 2945, 52.* in *c. abl.: p. 2947, 60.* in *c. acc.: p. 2944, 26.* inter: *p. 2944, 28. 2945, 16. 2947, 25.* ad: *p. 2944, 30. 2947, 27.* ut: *p. 2944, 16. 2945, 1. c. particip.: p. 2944, 8. in parataxi: p. 2944, 14*):

2 *de hominibus* (*vertice l. 34, nomine l. 34*) *vi passiva i. q. honorabilis, honoratus*: STAT. Theb. 5, 40 maior ... et -a videri *Hypsipyle.* AVSON. 206, 15 p. 64 P. docto (*i. educato*) ... Caesare -us *Arborius.* AMBROSIAST. in I Cor. 12, 23 p. 248^D cum ... videantur contemptibiles (*antea*: inhonesti), magis -i sunt *fratres.* in I Tim. 5, 24/25 p. 480^C ut, cum evitandi sint, magis -i sint *peccatores.* PAVL. NOL. carm. 10, 310 -a ... sanctorum milia. MART. CAP. 7, 728 -um reverendumque verticem *Arithmeticae.* CORIPP. Iust. 3, 127 nomen -um *Iustiniani* ... laudibus attollunt. 4, 309 *Christus* a dextris sedit -us (*sic coni. Petschenig recte, ut vid.*; -i *cod.*, -is *Fogginius, cf. p. 2933, 1*) ... patris.

compos.: inhonorus.

? *adv.* **honōrē** *v. l. 2.* *Ehlers.*

honōs *v.* honor. **honoth-** *v.* onoth-.

honus *v.* onus *et cf.* honor *p. 2916, 56.* **honust-** *v.* onust-.

NOT. Tir. 107, 59 ⟨**h**⟩**oplēctēs.** *i.* *hoplopaectes (ὁπλοπαίκτης). *cf. Gloss. III 308, 65 et 66* ὁπλοπέκτης (*de script.* -πεκ- *v. Heraeus, Kl. Schr. 99 adn.*). *v. etiam* oclope(c)ta (Oclopecta).

hoplītēs *m.*, ὁπλίτης. [*suppl. dub.* (*n. pl.* -ae): NEP. Iph. 1, 4 (*v. app. crit.*).] *significari videtur is, quem* ὁπλιτοδρόμον *Graeci appellant*: PLIN. nat. 35, 71 (*pictura Parrhasii nobilissima*) -es (*B,* -itites *rell.*) in certamine (*sc. sacro; aliter vol. III 884, 60*) ita decurrens ut sudare videatur.

hoplomachus, -ī *m.*, ὁπλομάχος. *scribitur in tit. sine* 'h' *praeter* CIL VI 631 (*infra l. 62*); 'c' *pro* ch *infra l. 65*; 'oipl-' (?) *infra l. 65.* *abbreviatur in tit.* o, opl, hopl (*exempla v. infra*). ? *forma* -macha (-ae) *infra l. 65.*

significatur genus gladiatorum (*ad rem v. Schneider, RE Suppl. III 776. 777*): SEN. contr. 3 praef. 10 quidam cum -is, quidam cum Thraecibus optime pugnant. MART. 8, 74 -us nunc es, fueras opthalmicus ante; fecisti medicus quod facis -us. SVET. Cal. 35, 2 Thraeci et ... -o. FIRM. math. 7, 26, 3 *hoc stellarum statu* -i nascentur (*sim.*: 8, 21, 5. 8, 27, 3 athleta, -us). *in tit.*: CIL II 1739 (= Dessau 5098) opl(omachus) palmarum II. IV 2508, 4 (*in libello gladiatorio*) o(plomachus). *ibid.* 10 o(plomachi?). VI 631, 6 (= D. 5084; *a. 177*) dec(uria) I: ... Clonius hopl(omachus) vet(eranus). 10181 (= D. 5099) doctor oplomachor(um) (37842 [= D. 9341] doct(or) opl(omachorum)). 37842^a opl(omachi). IX 466, 6 (= D. 5083^a) opl(omachus): Phaeder Avil(i) t(iro). INSCR. Dessau 9343 Smaragido murmilloni oiplomaca (*v. l. 53; nom.?, dat.* -a⟨e⟩?) n(atione) Gadit⟨a⟩no.

hoplop- *v.* hoplectes. *Haffter.*

*hōra, -ae *f.*, ὥρα. *de origine*: CENS. 23, 8 -arum nomen non minus annos trecentos Romae ignoratum esse credibile est: nam XII tabulis nusquam nominatas -as invenies, ut in aliis postea legibus *eqs.* (*cf. p. 2953, 51*). PS. ASCON. Verr. p. 230, 13 veteres ... ⟨-as⟩ generaliter dicebant more Graecorum. MACR. Sat. 1, 21, 13 apud eosdem (*sc. Aegyptios*) Apollo, qui est sol, Horus vocatur, ex quo et -ae viginti quattuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt. ISID. orig. 5, 29, 2 -a Graecum nomen est et tamen Latinum sonat. *scribitur*: ora (*cf.* SACERD. gramm. VI 451, 7 barbarismus est vitiosa dictio unius verbi, qui fit ... per aspirationem, ac si dicas hora vultus, cum ora debeant dici: per lenitatem, ac si dicas oram tempus diei, cum horam debeas dicere): CE 1068, 4 (*s. I*). 1082, 1 (*s. I ex.*). TAB. devot. Audollent 253, 13 (*s. II*). 247, 5 (*s. II/III*). CIL III 14403^a (*a. 244*). INSCR. christ. Diehl 1539, 6 (*a. 338*). 4743, 1 (*a. 363*). 4377, 4 (*a. 364*). CIL IX 6192, 5 (*a. 393*). INSCR. christ. Diehl 693 (*a. 406*). CIL VIII 1385, 11 (*a. 508*). *et saepe* (*cf. p. 2953, 8. 9. 13*). *in codd. passim.* *litt. graecis*: TAB. devot. Audollent 231, 29 (*v.*

[Gundel]

p. 2962, 54). 270, 4. -6-: *v. l. 13.* *abbrev.*: h (*cf.* SCAVR. gramm. VII 23, 15 'h' per se *scribimus*, cum ... significamus ... '-am' tertiam. PROB. litt. sing. gramm. IV 275 H. S. 'haec sic' vel '-a secunda'): CIC. Att. 10, 13, 1. 13, 52, 1. 15, 4, 1 epist. 16, 14. 2 ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 81. 84. 153. 157. 158 CE 1575, 6. 8 CIL III 50. 60 VIII 1764. 12899. 12946. 14380 *al.* IX 88. *et al.*; *cf. p. 2391, 60.* h̄: INSCR. christ. Diehl. 4013. ho: CIL V 1667. VIII 1069ᶜ, 9 (*?, loco mutilo*). INSCR. NSc. 1915 p. 67, 1. o: CIL IV 2399 VIII 770 b 5. 12113. 23347 *al.* INSCR. christ. Diehl 2640 adn. 4281. ȯ: CIL VIII 11077. 11080. 11085. 11088. hor: MENOL. Colot. (CIL I² p. 280) *passim* (*s. I*). GREG. TVR. stell. 42. 55 CIL III 32. 46. 59 VI 36122 VIII 14314. 24759 INSCR. Dessau 8529ᵃ INSCR. christ. Diehl 4772, 3 *al.* INSCR. NSc. 1915 p. 37, 1. 50, 55 INSCR. SyOsl. 2, 1924, 68. hór: CIL VI 25982. or: CIL V 914. 4754 VIII 23002. 24430 X 2169. 2942 INSCR. Dessau 9041 INSCR. christ. Diehl 1470, 4. 2697 A *al.* INSCR. NSc. 1906 p. 302. 1927 p. 422, 142. *et al.* *de formis: gen. sg.* -ai: LVCR. 1, 1016 -ai ... tempus. *nom. pro acc. pl.* -e: CIL VIII 28045, 5. *abl. pl.* -abus: CIL VIII 12794 XI 2611. *de signif.*: PROB. app. gramm. IV 202, 35 inter oram et -am hoc interest, quod oram extremam partem cuiuslibet rei significat, -am vero quantitatem temporis esse demonstrat (AGROEC. gramm. VII 118, 15 -a dierum est, ora finium [DIFF. ed. Beck p. 62, 10]. PRISC. gramm. III 469, 10 ora. quando habet aspirationem, -a? quando tempus significat *eqs.* [*cf.* ISID. diff. 1, 284 GRAMM. suppl. 298, 28]. ISID. orig. 5, 29, 2). GLOSS. ὥρα. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*val.* oară, *it.* ora, *francog.* heure, *hisp.* hora. *M.-L.*] [*falso trad. pro*: ora: PLAVT. Men. 1019 (*def. Lodge*). MANIL. 3, 611 SEN. nat. 2, 13, 4 COLVM. 2, 2, 9 LVCAN. 7, 302. *et al.* Eos: OV. epist. 3, 57. mora: APVL. met. 8, 21 AVG. civ. 5, 5 p. 196, 7 D. *dub. trad.*: MANIL. 4, 341 (umbris *Housman*). STAT. silv. 2, 6, 79 CIL V 8771, 3. *e coni.*: AETNA 294 (*Schwartz*). STAT. silv. 1, 2, 32 (*cf. BursJber. 212, 1927, 133*). PEREGR. Aeth. 27, 6. *dub. interpr.*: ACC. trag. 484 PVBLIL. S 26.]

I ***sensu artiore i. q. pars diei vel noctis***: **A** *usu originario i. q. pars diei pleni* (*νυχθήμερον*) *vicesima quarta*, *ὥρα* (*de re cf. Bilfinger, Antike Stundenzählung, Stuttgart 1883; D. ant. Stundenangaben, Stuttgart 1888. Kubitschek, Grundriß d. ant. Zeitrechnung, München 1928. Ruggiero, Diz. Epigr. III 965*): **1** *loci selecti ad definitionem, mensuram, descriptionem, partitionem sim. pertinentes*: **a** *de mensura et generibus -arum*: *XXIV vel XII -ae diem conficiunt* (*cf. l. 58. p. 2952, 74 al.; fabulosa de origine huius divisionis tradit* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 26 p. 223, 33 sqq.): SEN. epist. 12, 7 dies est tempus viginti et quattuor -arum (HYG. grom. p. 150, 9 Th. harum ... XXIIII -arum iuncturam semper unum esse intervallum; nam increscendi aut decrescendi inter ipsas -as alternam esse mutationem. SERV. Aen. 5, 738 dies est plenus, qui habet -as XXIV: nam et nox pars diei est. AVG. civ. 15, 14 p. 86, 20 D. *diem* viginti et quattuor -ae diurno curriculo nocturnoque determinant. p. 86, 29. conf. 11, 15, 20. ISID. nat. 1, 1 [= SVET. frg. p. 150, 2] est dies -arum XXIIII, spatium [*sc. interdianum*] autem -arum XII. orig. 5, 30, 1 dies legitimus viginti quattuor -arum. *et al.*). CENS. 23, 6 (*cf. p. 2952, 68*) in -as XII diem divisum esse noctemque in totidem vulgo notum est: sed hoc credo post reperta solaria observatum (*cf.* VVLG. Ioh. 11, 9. *v. et l. 49*). *-ae vulgares sec. anni tempora longiores brevioresve* (*cf. l. 44 et* MANIL. 3, 238 incerta est -ae mensura [*vide totum locum*]. 3, 532 -a ... non ulli similis producitur -ae. VITR. 9, 2, 4 sol signa pervadens auget et minuit dierum et -arum spatia [9, 3, 3]. PLIN. nat. 2, 213 [*v. p. 2954, 11*]. GREG. TVR. stell. 17 quamquam omni tempore -ae duodecim conputentur, non tamen aequalem habent mensuram): PLAVT. Pseud. 1304 in -a una :: hiberna addito (MORET. 1). OV. met. 4, 199 brumales porrigis -as *sol* (*cf. vol. II 2209, 75 sqq.*). Pont. 2, 10, 38 tarda per aestivos defuit -a dies. LVCAN. 10, 218 *Nilus* auctus ... suos non ante coartat, quam nox aestivas a sole receperit -as (*cf. vol. I 1108, 57*). PALLAD. 2, 23 *Ianuarius* in -arum spatio cum Decembri mense convenit (7, 13. *cf.* 3, 34 hic mensis in -arum mensura cum Novembri mense concordat [6, 18]. 4, 16. 5, 8. 8, 10. 10, 19. 12, 23. 13, 7. *de re cf. Kubitschek l. c. 179*). HIER. in Ezech. 7, 20 praef. lucrativis, immo furtivis noctium -is, quae hieme propinquante longiores esse coeperunt. *-ae aequinoctiales inter se pares*: VERG. georg. 1, 208 Libra die somnique pares ubi fecerit -as (*cf.* MANIL. 3, 248. 3, 254 tunc ... [*i. e. in Libra*] solum bis senas tempora in -as aequa patent. LVCAN. 8, 467 Libra pares examinat -as [AVSON. 368, 31 p. 95 P.]. AVSON. 384, 4 p. 102 P. autumnus noctis -as librans. *v. et l. 79*). COLVM. 10, 42 *cum* paribus Titan orbem libraverit -is (*cf.* HYG. grom. p. 150, 1 Th. quod in eum *circulum aequinoctialem* sol diei et noctis -as aequet). PLIN. nat. 2, 176 mediam esse terram mundi totius haud dubiis constat argumentis, sed clarissime aequinoctii paribus -is (*cf.* ISID. nat. 1, 5 [= SVET. frg. p. 158, 2]. 8, 2 [= SVET. frg. p. 177, 2]. orig. 5, 34, 1). FIRM. math. 2, 10, 3 aequinoctiale vel solstitiale *signum* ideo dictum est, quod in hoc signo -as noctis ac diei aequata moderatione componit, quod a Graecis tropicon isemerinon appellatum est; cum enim in Ariete sol fuerit, diurnas nocturnasque -as componit aequaliter, ut dies habeat XII, nox quoque XII. *loci selecti de usu -arum aequinoctialium* (*v. et infra l. 65. p. 2955, 30. 46 al.; cf. Kubitschek, RE XI 840, 9 sqq.*): MANIL. 3, 250 regula ... exacta primum formetur in -a[s]. 3, 258 (*v. p. 2955, 23*). 3, 306 omnia consurgunt binas ibi (*in Libra*) signa per -as. 3, 396 deducat proprias noctemque diemque per -as (3, 439). 3, 488 qualicumque sub -a ter quinas mundi se tollent sidera partes. *al.* COLVM. 11, 2, 91 in iis regionibus, in quibus brumales dies -arum novem sunt noctesque -arum quindecim (*cf.* IREN. 2, 24, 5 *dies* a novem -is usque ad XV ascendit). PLIN. nat. 2, 186 *ut* in Meroe longissimus dies XII -as aequinoctiales et octo partes unius -ae colligat, Alexandriae vero XIIII -as, in Italia XV, in Britannia XVII (2, 213 paribus ... intervallis reciproci *sunt aestus maris* senisque semper -is, non cuiusque diei aut noctis aut loci, sed aequinoctialibus, ideoque inaequales vulgarium -arum spatio. 2, 216. 6, 212—218 *saepius*. 18, 221 CENS. 19, 2 MART. CAP. 6, 595. 8, 877). 6, 219 *segmentum mundi*, quod esset -arum XVI. *al.* METROL. p. 139, 24 libra esse potest aequinoctialis dies sine sua nocte, qui constat XII -is. MACR. somn. 1, 20, 30 unam temporis aequinoctialis -am. MART. CAP. 8, 876 minimus ... anni dies brumalis est, qui habet -as VIII, maximus solstitialis habet -as XVI, licet et hoc pro climatum rationibus varietur. *al.* GREG. TVR. stell. 17 erunt ... in diebus longis -ae XV. *al.* MENOL. Colot. Mart. (CIL I² p. 280) dies hor. XII nox hor. XII. *al.* *de singulis -is (aequinoctialibus) diei per orbem septem septimanae deis vel planetis attributis* (*cf. W. Gundel, Hess. Blätter f. Volkskunde 12, 1913, 100 sqq.*): CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 42, 15 Saturni dies -aque eius cum erit nocturna sive diurna *eqs. al.* *? i. q. -a Babylonica binis nostris aequalis* (*cf. Boll, Sphaera 335*): MANIL. 3, 521 sic annum mensesque suos natura diesque atque ipsas voluit numerari signa per -as. 3, 546 venit omnis ad astrum -a die, bis mense dies *eqs.* (*cf. Housman ad l.*). *de -is q. d. lunaribus* (*cf. p. 2955, 18*): *de accessu et recessu aestuum*: VARRO ling. 9, 26 *motus maris* in XXIV -is lunaribus cotidie quater se mutant, ... cum sex -is aestus creverunt, totidem decreverunt (LVCAN. 1, 414 Tethyos unda vagae l. aestuet -is. AVG. in Iob p. 539, 3). CAES. Gall. 3, 12, 1 cum ex alto se aestus incitavisset, quod bis ⟨die⟩ accidit semper -arum duodenarum spatio (*cf.* PLIN. nat. 2, 212 *aestus maris* bis inter duos exortus lunae adfluunt bisque remeant vicenis quaternisque semper -is. 2, 213 *v. supra l. 11*). SEN. dial. 1, 1, 2 *undae* portionibus crescunt et ad -am ac diem subeunt ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicuit. AVSON. 408, 14 p. 244 P. quot ... -is pelagus profluit aut refluit. VEG. mil. 4, 42 certis -is, diebus pariter ac noctibus aestu quodam, quod rheuma vocant, ultro citroque percurrit *mare*. *de -is climactericis*: PLIN. nat. 7, 161 quoniam momentis -arum insignibus lunae dierum, ut VII atque XV, quae nocte ac die observantur, ingens turba *hominum* nascatur *eqs.*

b *in horologiis* (*sive solariis sive ex aqua, e. g. l. 54. 65. 69; interdum neglegentius de linea -am indicante, e. g. l. 53. 57. 67*): *α in univ.*: PLAVT. Boeot. 1, 1 primus qui -as repperit quique adeo primus statuit hic solarium (*cf.* VARRO ling. 6, 4 solarium dictum id, in quo -ae in sole inspiciebantur. PETRON. 71, 11 horologium in medio, ut quisquis -as inspiciet ... nomen meum legat. CENS. 23, 7 ISID. orig. 8, 9, 17). VARRO rust. 3, 5, 17 intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisphaerium ac moventur, ut indicent, quot sint -ae (*cf. p. 2958, 63*). CIC. nat. deor. 2, 87 cum solarium vel descriptum vel ex aqua contemplere, intellegere declarari -as arte, non casu. VITR. 9, 1, 1 -arum descriptiones (*cf.* 9, 8, 6. 7). 9, 8, 7 qua virgula egrediens sigillum ostendit -as (CASSIOD. var. 1, 45, 8. *cf.* CET. FAV. 29 p. 309, 23 *angulus* sextam -am signabit. p. 310, 9 designet. p. 310, 11 notabit [*al.*]. p. 310, 23 demonstrent. CAPITOL. Pert. 8, 7 monstrantia [MACR. somn. 2, 7, 15]). *ibid.* columna ... brevitates et crescentias faciat -arum (*cf.* 9, 8, 15 SIDON. epist. 2, 9, 6). 9, 8, 8 -ae disponuntur ex virgulis aeneis (*cf.* NEPOTIAN. Val. Max. 1, 4, 6 virgulam ferream, qua distinguebantur -ae). 9, 8, 9 bulla significat -arum spatia (9, 8, 13 CET. FAV. 29 p. 310, 6 CASSIOD. var. 1, 46, 1). 9, 8, 14 *aqua* praestat aequinoctiales -as (*cf. p. 2953, 69*) ... et efficit -as in cancri signo solstitiales. *al.* PLIN. nat. 7, 214 nec congruebant ad -as eius *horologii* lineae. 7, 215 etiam tum tamen nubilo *caelo* incertae fuere -ae usque ad proximum lustrum; tunc Scipio Nasica ... primus aqua divisit -as aeque noctium ac dierum. FRONTO p. 8, 24 N. iam -a decimam (*lineam solarii*) tangit. CET. FAV. 29 p. 310, 2 *lineae* -arum partitae aequaliter (MACR. somn. 1, 20, 29 -ae primae. *cf.* 1, 20, 26 infra per lineas designato duodecim diei -arum numero). *al.* PALLAD. 2, 23 -a I (*umbra habet*) pedes XXVIIII (*sim. saepe. cf.* ISID. orig. 16, 26, 1 metire pedes -arum). MART. CAP. 6, 597. 600 CASSIOD. inst. 1, 30, 5 var. 1, 45, 9 *al.* BENED. reg. 48 facto ... primo signo nonae -ae. CIL XIII 7800 horolegium (*sic*) ab -is intermissum et vetustate colabsum suis inpendis restituit. *et al. cf. et* horologium, solarium. *inde -ae metonymice i. q. horologium* (*cf. l. 50. 71*): CIC. Brut. 200 *iudicem* mittentem (*sc. puerum*) ad -as. nat. deor. 2, 97 cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram ut -as ut alia permulta. CARM. de mens. 2, 21 solares respicit -as. *β -ae indicantur herbis, fame* (*p. 2955, 2*): PLIN. nat. 18, 133 *lupinum* -as ... agricolis etiam nubilo *caelo* demonstrat. 18, 252 dedi tibi herbas -arum indices et, ut ne sole quidem oculos

[Gundel]

tuos a terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. CASSIOD. var. 1, 46, 3 ex ventris esurie -as sentire.

c *-ae ad designandas caeli regiones usurpantur*: PLIN. nat. 3, 45 *Italia* incedit per maria caeli regione ad meridiem, sed, si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam -am primamque brumalem. 6, 202 Fortunatas *insulas* contra laevam *partem* Mauretaniae in VIII -am solis *esse*. 17, 19 quas in -as debeant spectare (17, 85 in -am diei quintam vel octavam. *cf.* 17, 83 meridianam caeli partem signare in cortice, ut translatae arbores isdem et adsuetis statuerentur -is). LIB. col. I p. 223, 15 limites in -am sextam conversi sunt (GROM. p. 317, 3. p. 317, 21 [*iuxta* ab oriente]. HYG. grom. p. 135, 6 Th.). GROM. p. 365, 24 ex tertia -a (p. 365, 25 contra t. -am). GREG. TVR. stell. 36 cum *stella* in -a diei quinta advenerit, surge.

d *de partibus -ae* (*cf.* METROL. p. 139, 24 -a constat ex V punctis [*cf. l. 18*], X minutis [*l. 51*], XV partibus [*l. 26*], XL momentis [*l. 33*], LX ostentis; -a autem diei secundum solis cursum V punctos habet, iuxta lunam IIII): LVCIL. 472 puncto uno -ae ... invasit (HOR. epist. 2, 2, 172 puncto ... mobilis -ae. PS. APVL. Ascl. 35 nasci -arum et climatum distantibus punctis. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10, 4 p. 422, 3). 570 (Gell. 3, 14, 11) *quartana venit* tempestate sua atque eodem uno tempore et -a⟨e⟩ dimidio et tribus confectis dumtaxat — eandem ad quartam (*cf.* MANIL. 3, 258 dies vernalis fertur in -as dimidiam atque novem [*v. vol. V 1, 1205, 38. adde*: PLIN. nat. 6, 220 AVR. Fronto p. 29, 10 N. CIL III 42 -a prima et d. *al.*]). MANIL. 3, 413 his ... -arum partibus aucta *sidera* (PLIN. nat. 2, 186 octo p. unius -ae. 6, 213 accedente bis quinta p. unius -ae. 6, 217 *al.* MART. CAP. 8, 844 *al. cf.* AVG. conf. 11, 15, 20 particulis). PLIN. nat. 2, 58 dodrantes semiuncias -arum. 6, 214 longissimus dies est aequinoctialium -arum XIIII atque dimidiae cum tricesima unius -ae. 18, 324 -ae noctis unius dextante sicilico, ac deinde ... multiplicatis -arum isdem portionibus (*cf.* MART. CAP. 8, 846). *al.* SVET. Aug. 50 ad epistolas omnes -arum quoque momenta nec diei modo sed et noctis ... addebat (PS. APVL. Ascl. 35 quot -a m. habet. TERT. virg. vel. 17. FIRM. math. 8, 1, 6 per omnia -arum m. [8, 17, 9 *al. cf.* AVSON. 419, 72 p. 372 P. per singula -arum m. HIER. epist. 22, 28, 6 per -arum m. (22, 40, 2)]. CASSIOD. var. 1, 46, 2 CAES. AREL. serm. 45, 3 p. 194, 17. *aliter l. 63. p. 2957, 60. 2958, 5*). AVR. Fronto p. 31, 14 N. in singulis scripulis -arum. VVLG. apoc. 8, 1 factum est silentium in caelo quasi media -a (ἡμιώριον. GREG. M. in Ezech. 2, 2, 14). AVG. cons. euang. 3, 13, 41 p. 324, 19 '-a erat quasi sexta' ... id est peracta quinta et aliquid de sexta esse coeperat; numquam autem isti dicerent 'quinta et quadrans' aut 'quinta et triens' aut 'quinta semis' aut aliquid huiusmodi. *al.* MART. CAP. 8, 844 Gemini oriuntur -a et deunce (*sim. al.*). 8, 846 solstitialis dies habet aequinoctialis mensurae -as XIIII et sextantem (*cf. p. 2954, 17*). BENED. reg. 48 mediante octava -a. MENOL. Colot. Ian. (CIL I² p. 280) dies hor(arum) VIIII (*et semis et quadrantis*), nox hor(arum) XIIII (*et quadrantis*). *al.* CIL III 38 audit Memnonem ... -a II (semis) (*cf.* 39. 43. 61 -a prima semis. *al.*). VI 36122 vix. an. V ... hor. III min. V. LEX aq. Claud. (CIL VIII 18587) 6, 33 ex h. s. noc. ... in h. VII s. noc. *et al.*

2 *respicitur spatium temporis*: a *c. attributis*: α *in universum*: Ⓘ *varia* (*c. numero ord. l. 76. p. 2956, 15. 28. 32. 2957, 22. 44; abl. mens. l. 57 sqq. 71 sqq. p. 2956, 17. 2957, 48*): CATO agr. 89 ne plus aqua sita siet -am unam (LIV. 43, 13, 6. *cf.* CAES. Gall. 3, 5, 1 cum ... amplius -is sex continenter pugnaretur [4, 37, 3 LIV. 27, 12, 14 *al.* CELS. 5, 18, 4]. 5, 42, 4 minus -is tribus [PETRON. 90, 3 m. quam duabus -is]. MANIL. 3, 457 ternis fuerit si longior -is ... nox. SEN. clem. 1, 9, 11 diutius ... quam duabus -is). CIC. Verr. II 1, 34 -a nulla vacua a furto ... reperietur (p. red. in sen. 14 SEN. dial. 7, 25, 3 FRONTO p. 228, 15 N. *et al.*). Catil. 1, 29 unius usuram -ae (*item pendet gen. a subst.*: LVCR. 3, 1073 status. LIV. 9, 16, 9 momento [CVRT. 9, 6, 21. *cf. p. 2957, 60*]. 30, 30, 19. 30, 30, 21. 40, 16, 1. 44, 9, 4 tempus. SEN. epist. 59, 15. COLVM. 6, 8, 1 spatio. PETRON. 141, 6 HIER. epist. 22, 39, 4. VVLG. Luc. 22, 59 intervallo [GREG. TVR. stell. 32]. AVG. vera relig. 43, 80 mora. *cf. l. 74 sqq.*). Sull. 73 haec diu ... quaesita una eripuit -a (p. red. in sen. 17 CVRT. 5, 2, 12 LVCAN. 7, 346 SIL. 7, 238. *et al. v. et l. 62*). de orat. 3, 17 duas -as fere esse consumptas (epist. 11, 27, 5 PETRON. 103, 6. *et al. cf.* LIV. 33, 48, 8 aliquot ... -as absumpserunt [45, 37, 6]). Att. 4, 7, 1 -is duabus ante (CELS. 3, 20, 6 ante accessionem ... tribus quattuorve -is. PLIN. nat. 26, 115. *cf.* CIC. Att. 14, 14, 1 tribus fere -is post. *v. et p. 2957, 58*). 9, 1, 1 angebar singularum -arum exspectatione (*item pendet gen. a subst.*: CAES. civ. 3, 79, 7 III -arum spatio [CALP. ecl. 5, 31 primae sp. -ae. PLIN. nat. 2, 6. *et al.*]. LIV. 44, 33, 10 tot -arum aestu et languore. PLIN. nat. 7, 181 paucissimarum -arum consulatum. STAT. silv. 4, 3, 37 -arum via ... duarum. AVG. cons. euang. 3, 13, 44 p. 328, 19 tempus duarum -arum. *et al. cf. l. 62 sqq.*). 12, 5, 2 neque enim ulla -a tui mihi est operis ignota (SEN. dial. 10, 7, 9 SVLP. SEV. Mart. 26, 3). 12, 5, 4 -ae, quibus exspectabam, longae videbantur (*cf.* OV. Pont. 2, 4, 11 citae longis visae sermonibus -ae). 15, 21, 3 movebant me tuae quinque -ae. LVCR. 4, 178 longo spatio ut brevis -a teratur (*v. vol. II 2172, 75; cf. p. 2956, 26. sim.*: HOR. carm. 3, 27, 48 fugiens [*v. vol. VI 1, 1484, 22*]. epist. 2, 2, 172 mobilis [SEN. Phaedr. 1142]. OV. met. 15, 181 levis [SEN. Thy. 598]. LACT. Phoen. 55 celeres. VVLG. Sirach 11, 24 in -a veloci [BOETH. cons. 2, 3, 47 W.]. BOETH. cons. 1 carm. 5, 17 agiles). CAES. Gall. 7, 41, 1 tribus -is ... ad quietem datis (LIV. 34, 16, 3. *cf. p. 2957, 59*). HOR. carm. 3, 8, 27 dona praesentis ... -ae (OV. Pont. 4, 3, 50. 4, 10, 68. *cf.* TIB. 3, 4, 46 sequens. OV. rem. 93 venturas. SEN. benef. 2, 2, 2 proximam quamque. MART. 10, 48, 3 prior [ANTH. 474, 8]). 4, 7, 8 quae rapit -a diem (*cf.* OV. ars 3, 64 nec quae praeteriit -a redire potest). PROP. 3, 20, 19 multae ante meis cedent sermonibus -ae. OV. met. 10, 734 nec plena longior -a facta mora est (PEREGR. Aeth. 43, 2 DRAC. Romul. 8, 424. BENED. reg. 48 [*p. 2957, 34*]. *cf.* CELS. 3, 21, 11 tota [MART. 5, 80, 1. 12, 1, 4. *cf. infra l. 76. p. 2957, 56*]. IVV. 11, 205 solida. GREG. M. in Ezech. 2, 2, 14 integra. *v. et* AVG. cons. euang. 3, 13, 46 p. 332, 11 conpleta est ... -a sexta). Pont. 1, 5, 47 cum dedimus somno quas corpus postulat -as (*cf.* SIL. 4, 89 somnus ... suas confecerat -as). LIV. 29, 7, 7 aliquot -is die superante. 35, 1, 7 huic nocturno itineri tres diurnae -ae accesserant. CELS. 3, 4, 18 quaeritur utrum tot -ae exspectandae sint, quot febrem habuerunt. 4, 12, 9 singulis interpositis -is (4, 24, 2 tribus. 6, 5, 2 pluribus. 7, 26, 5ᶜ duabus). SEN. dial. 10, 12, 3 multae -ae transmittuntur (*cf.* COLVM. 11, 1, 29 praetermissas non duodecim -as, sed annum perisse. IVVENC. 3, 560 ubi sexta dehinc lucis transfluxerat -a. *sim. al.*). epist. 101, 1 omnis dies, omnis -a quam nihil simus ostendit (104, 12 *al.* PLIN. nat. 9, 124 *al.* MART. 10, 44, 6 TERT. bapt. 19, 3 p. 217, 15). SIL. 3, 141 brevitas ... mutabilis -ae (*cf. p. 2954, 60. 2958, 32*). QVINT. inst. 12, 11, 18 alias -as vanus salutandi labor, ... alias convivia trahunt. CE 880, 1 (*a. 134*) -am cum primam cumque -am sole secundam prolata Oceano luminat alma dies. FIRM. math. 2, 25, 3 si ... male decreverit *Saturnus*, XXX annos aut menses XXX et -as XII decernit (2, 25, 4 annos XII aut menses XII et dies XII -as XII. *sim. saepius. cf. p. 2957, 35 sqq.*). PEREGR. Aeth. 25, 8 -a incipiente secunda (AVG. cons. euang. 3, 13, 47 p. 333, 6 quo usque inciperet -a sexta. *cf.* PEREGR. Aeth. 30, 3 inchoante). RVFIN. hist. 5, 24, 12 -as diurnas nocturnasque computantes diem statuunt (*cf.* AVG. cons. euang. 3, 13, 40 p. 324, 4 consummatae ... tres -ae. 3, 24, 66 p. 357, 10 adnumerare tres illas -as). *et al.* Ⓘⓘ *acc. temp.*: TER. Phorm. 514 unam praeterea -am ne oppertus sies (IVVENC. 4, 497). CATO agr. 156, 4 deambulet ... -as IIII. QVADRIG. hist. 51 circiter -as duas gravi proelio urserunt (CIC. Deiot. 19 -am unam aut d. ... armatos retinere. Att. 7, 4, 2 *al.*). VARRO rust. 3, 9, 12 perfricant *ova* sale ... tres aut quattuor -as (CIC. Att. 4, 2, 4 cum -as t. fere dixisset. 13, 34 LIV. 22, 6, 1). CIC. Verr. II 5, 159 tot -as ... dicam. Mil. 66 oppugnata domus ... multas (per m. α) noctis -as nuntiabatur (de orat. 1, 166 Att. 16, 2, 3). de orat. 2, 75 locutus esse dicitur ... aliquot -as. LEX Iul. de adult. (VLP. dig. 48, 5, 26 pr.) retinere *adulterum* -as diurnas nocturnasque continuas non plus quam viginti. SVET. Aug. 45, 1 plurimas -as, aliquando totos dies aberat. 78, 1 septem -as dormiebat. *et al.* Ⓘⓘⓘ *abl. temp.*: PLAVT. Mil. 212 cui bini custodes semper totis -is occubant (*cf. Löfstedt, Verm. Stud. 209. sim.*: CIC. S. Rosc. 154 omnibus [Phil. 3, 18 Cato 74 BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 1 CELS. 2, 8, 32 PLIN. nat. 2, 22. 10, 171 *al.* MART. 1, 86, 4 TAC. dial. 6, 1 TAB. devot. Audollent 295, 24. *et al. cf. infra l. 82*]. CASSIAN. inst. 1, 3 cunctis). LVCIL. 67 quae -is sublata duabus omnia sunt (CELS. 3, 4, 17 SEN. dial. 9, 17, 7. *et al.*). 1093 quem una angina sustulit -a (CIC. Verr. II 1, 20 u. -a qua coepi dicere. carm. frg. 11, 62 LIV. 1, 29, 6. 27, 3, 4 CVRT. 7, 8, 14. MART. 2, 67, 3 decies u. ... -a. *al.* PAVL. dig. 8, 6, 7. VVLG. apoc. 17, 12 [μίαν ὥραν]. 18, 10 [μιᾷ ὥρᾳ]. *et al.*). CIC. S. Rosc. 19 decem -is nocturnis sex et quinquaginta milia passuum cisiis pervolavit (SVET. Cal. 50, 3 tribus n. -is quiescebat [VEG. mil. 3, 8 p. 85, 3]. *et al. cf.* GELL. 3, 2, 9 sex posterioribus noctis -is). Verr. II 1, 156 cum ... tribus -is ... bona ... amiserit (div. 1, 77 Att. 2, 1, 5 CAES. Gall. 6, 35, 9. *et al.*). LEX. Iul. munic. (CIL I² 593) 67 post solem ortum h(oris) X diei (MART. 8, 7, 2 -is ... decem dicere verba novem. 11, 29, 4). CAES. civ. 1, 46, 1 pugnatum continenter -is quinque (PLIN. epist. 2, 11, 14). VERG. georg. 3, 400 quod surgente die mulsere -isque diurnis (*cf. vol. V 1, 1640, 9*). LIV. 1, 57, 7 paucis (COLVM. 5, 12, 5 in sole habeto [arb. 28, 4]. PLIN. nat. 18, 341. 35, 120 QVINT. inst. 10, 6, 1. SVET. Aug. 26, 3 paucissimis [Tib. 51, 2]). 6, 4, 10 cum in sex partes divisus exercitus Romanus senis -is in orbem succederet proelio (SEN. nat. 3, 16, 1 PLIN. nat. 27, 137. *cf.* PLIN. nat. 9, 134 quinis. 25, 59 septenis [IVV. 6, 183]. 25, 88 quaternis. 28, 66 binis). 45, 37, 7 tot. VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 *Massinissam* ferunt aliquot -is in eodem vestigio perstare solitum (PETRON. 86, 7 AMM. 25, 2, 8). CELS. 3, 21, 11 ante meridiem tota -a, post meridiem semihora fieri oportet (PETRON. 79, 3). SEN. epist. 16, 3 singulis (PLIN. nat. 2, 232. AVG. civ. 13, 10 p. 567, 27 D. -is momentisque). COLVM. 11, 3, 22 ut his -is, quibus aut obruentur aut eruentur, luna infra terram sit (CAPITOL. Pert. 5, 4. *cf.* PLIN. nat. 7, 165 iisdem [HYG. grom. p. 150, 16 Th. NERAT. dig. 8, 3, 2, 2]. PLIN. epist. 7, 5, 1 quibus [VEG. mil. 4, 27 SIDON. epist. 1, 2, 7. *et al.*]). LVCAN. 9, 883 omni (TERT. adv. Prax. 24 p. 274, 18 CLAVD. 22, 399. VVLG. I Cor. 15, 30 [πᾶσαν ὥραν]. APIC. 7, 326 VISIO Pauli 10 rec. P p. 14, 26 J. CIL XIV 1942, 5. *et al. cf. l. 51*). PLIN. nat. 2, 153

[*Gundel*]

aliqua (BENED. reg. 7). 7, 169 certis (FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 34 IVLIAN. dig. 43, 20, 5, 1 *al.* BENED. reg. 48. *cf.* 53 incertis). VAL. FL. 2, 60 tacitis. CLAVD. 8, 280 nulla non anxius -a *i. semper* (rapt. Pros. 3, 317 n. cessabitur -a *i. numquam*). BENED. reg. 31 competentibus (47. 50. *cf.* 48 incompetentibus). *et al.* (IV) *c. praepp.*: ab: VAL. FL. 3, 48 quem lucis ab -is antra tenent. ad: TERT. ieiun. 16 p. 295, 21 qui in idolis ... ad singulas -as salutandis adulantur. ante: CELS. 2, 12, 2[D] a. aliquot -as. PLIN. nat. 29, 45 II -as (PS. APVL. herb. 1 l. 35. *et al.*). HIER. reg. Pachom. 152 p. 57, 2 B. tres. *in hyperbola*: ARNOB. nat. 2, 74 p. 108, 11 ut a. -as, quemadmodum dicitur, pauculas sospitator ad vos Christus ... mitteretur. in *c. acc.*: LVCR. 5, 274 privas mutatur in -as (*cf.* PROP. 2, 29, 13 totas. LIV. 2, 12, 10 singulas [PHAEDR. 3, 15, 14]). HOR. epist. 2, 1, 189 quattuor aut plures aulaea premuntur in -as. OV. am. 1, 4, 59 paucas (EPICED. Drusi 419 SVET. Iul. 76, 2). in *c. abl.*: BELL. Afr. 70, 1 cum ... in -is IV esset progressus. MORET. 52 vacua. VAL. FL. 7, 318 una (ANTHIM. 3. *et al.*). SIL. 12, 459 paucis. GELL. 3, 2, 3 in sex noctis -is posterioribus. *et al.* inter: SORAN. p. 13, 3 ruborem ... i. (*i. post*) aliquas -as se ostendentem. intra: LIV. 37, 5, 3 i. paucas -as urbem cepit (VELL. 2, 14, 1 CELS. 1 prooem. 49. SEN. epist. 101, 3 paucissimas. *et al.*). COLVM. 9, 13, 4 duas (PLIN. nat. 24, 3 *al.*). ASCON. Mil. p. 36, 33 i. -am secundam accusatores coeperunt dicere. *et al.* per: OV. Pont. 3, 5, 9 p. -as ... satis multas (LIV. 37, 21, 2 VVLG. Iudith 7, 18). LIV. 23, 40, 9 quattuor (*cf.* PEREGR. Aeth. 46, 3 tres. VVLG. act. 19, 34 duas. *et al.*). 31, 33, 9 aliquot (32, 35, 2 SVET. Iul. 68, 3. *et al. cf.* MANIL. 3, 291 p. quot ... stadia aut -as). SEN. dial. 12, 13, 4 singulas (FIRM. math. 1, 4, 6 HIER. in Gal. 3, 5 p. 351[B]). LACT. mort. pers. 1, 1 omnes (FIRM. math. 1, 7, 20). post: LIV. 31, 24, 7 paucas p. -as (SVET. Aug. 6 paucissimas). COLVM. 12, 16, 2 tres (CASSIAN. inst. 3, 7, 1). SCRIB. LARG. 140 quattuor. PLIN. nat. 35, 195 LAMPR. Diad. 4, 1. *et al.* sub (*cf. p. 2954, 5. 2960, 60*): EVSTATH. Bas. hex. 6, 7 p. 928[C] s. eadem -a saepius (ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὥρας). usque (*cf. p. 2959, 15. 25*): BENED. reg. 48 usque decima -a plena.

β in inscriptionibus ad aetatem (militiam l. 41) defunctorum indicandam (cf. p. 2956, 30 et v. Söderström, Ep. Lat. Afric., Diss. Ups. 1924, 6 sqq. INSCR. *christ. Diehl III p. 315. 534)*: acc. (*cf. p. 2953, 17*): CIL III 2127[a] vixit an. XLVII menses VIIII dies VII -as noctis v. 14403[a] (*a. 244*) vixit mes. VIII dies XI -as IIII (*cf.* V 914. 1535. 1661 VI 2678[a]. 35773 annoru⟨m⟩ XVIII m. III die. XIII -as VI. INSCR. christ. Diehl 2704 -as VI et semis. *sim. saepissime*). V 914 militavit annis V mes. VI die. XII -as III. X 7186 -as diei X (*cf.* INSCR. christ. Diehl 4588 duas). *abl.*: CIL VI 19683 qui vixit annis XXII mensibus XI diebus VIII -a prima (INSCR. christ. Diehl 4270. *cf.* CIL VI 29369 -a V [XII 923 -a VIIII. *et al.*]. VIII 12200 setima. XI 5796 secunda). 26591 -is undecim. VIII 9433 -is III (*cf.* 11896. 11898. 24716. 25440. *et saepissime*). CE 2177, 3 totidem ... diebus et -is. *cf.* CIL X 7112, 7 supervixit -is quattuor. *gen.*: CIL VI 29324 vixit ... dier. XXVIII -arum XII. *saepissime per abbreviaturas (cf. p. 2955, 50) incisum, ut casus enucleari non possit, e. gr.*: CIL V 1667 vixit ... ho. v. 4759 or. v. VI 2931 h. III (*cf.* VIII 14380 h. LVIIII [*sic*]). 11511 hor. noct. X. 25982 (*v. p. 2953, 13*). VIII 770[b], 5 o. I. 11077 (*v. p. 2593, 9*). INSCR. christ. Diehl 4013 (*v. p. 2953, 7*).

b *absolute*: *α de certo numero -arum*: (I) *sing.* -a *i. q. una -a*: TER. Eun. 341 dum haec dicit, abiit -a (*hyperbolice, cf.* HOR. sat. 1, 5, 14 tota abit -a). CIC. Verr. II 4, 95 -am amplius (CATVLL. 99, 3). Phil. 3, 2 dies ... adfert vel -a potius ... magnas saepe clades. Att. 5, 18, 4 -a post (*cf.* D. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 4 -a ante). VERG. Aen. 5, 844 datur -a quieti (OV. trist. 1, 3, 68 MANIL. 3, 473 DRAC. Romul. 8, 424. *cf. p. 2956, 5*). HOR. sat. 1, 1, 7 -ae momento cita mors venit aut victoria laeta (LIV. 5, 7, 3 *al.* PHAEDR. 3 prol. 5 SEN. dial. 9, 11, 9. PLIN. nat. 7, 172 nullo. COD. Iust. 8, 37, 15 pr. in uno. *cf. p. 2955, 33*). LIV. 9, 34, 15 -a citius. CELS. 3, 19, 5 interposita ... -a (COLVM. 6, 6, 2 *al.* PETRON. 87, 9. *cf.* CELS. 3, 22, 12 post cibum intermittenda -a). SEN. dial. 5, 12, 4 -a, non tantum dies, molliet. nat. 3, 27, 2 urbes constituit aetas, -a dissolvit. epist. 87, 3 *prandium* paratum fuit non magis -a. 91, 6. TEST. porcelli p. 268, 12 -ae spatium (*cf.* VVLG. Sirach 11, 29 malitia. I Thess. 2, 17 ad tempus -ae [πρὸς καιρὸν ὥρας]. *v. et p. 2953, 16*). AVSON. 394, 10 p. 252 P. quo sine et -a gravis. SVLP. SEV. epist. 2, 15 erit dies aut -a sine lacrimis? PS. APVL. herb. 103 l. 14 cum -a transierit (*cf.* VEN. FORT. vita Germ. 60, 161 transacta fere -a). *acc. temp.*: PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 non ... -am constitisset. HOR. sat. 2, 7, 112 non -am tecum esse potes. epist. 1, 1, 82 -am durare (PROP. 1, 6, 11). MART. 8, 81, 9 victuram negat *Gellia* esse se nec -am. *abl. temp.*: CIC. Sest. 53 illo ... ipso die ..., immo -a atque etiam puncto temporis. VITR. 9, 1, 5. SEN. nat. 7, 9, 3 ne -a quidem. PLIN. nat. 25, 134. -ā *i. q. 'ea -a', 'tum'*: EPIPHAN. Avell. p. 749, 22 -a quidem ... -a vero (*i. q. 'modo ... modo'*). VISIO Pauli 8 rec. P p. 14, 1 J. et ecce subito facta est -a occursio (*cf. p. 2959, 77*). *c. praepp.*: ante: SCRIB. LARG. 95 datum a. -am. in *c. abl.*: CIC. epist. 15, 16, 1 ternas *epistulas* in -a darem. VERG. ecl. 3, 5 HOR. sat. 1, 4, 9 PROP. 2, 9, 1. intra: SEN. epist. 54, 1. per: CHIRON 330. post: BELL. Hisp. 29, 5. (II) *plur.* -ae *i. q. paucae, aliquot, (com)plures -ae* (*cf. Löfstedt, Verm. Stud. 73 sqq.*): SVET. Nero 37, 2 non amplius quam -arum spatium (HIST. Apoll. rec. A 50). Dom. 3, 1 secretum sibi -arum sumere solebat. VLP. dig. 48, 5, 24, 4 interpositis -is. MIN. FEL. 11, 8 -arum . . . permisso commeatu. IVST. 2, 14, 9 tam brevi -arum momento. VEG. mulom. 2, 121, 1 intermissis -is. HEGES. 5, 1, 4 cedendi potestas erat, ut quasi quibusdam vel -arum repararentur indutiis. HIER. epist. 34, 6. ORIBAS. syn. 9, 50 rec. Aa p. 373 compunctiones inter -as venientes (*cf.* 9, 52 p. 379 aliquas).

β de incerto numero -arum (*c. praepp. in l. 11, per l. 20*): CIC. Cato 69 -ae ... cedunt et dies et menses et anni *eqs.* (*cf.* SEN. dial. 10, 16, 3 tarde ire -as queruntur). Att. 14, 20, 4 in -as commutari (VERG. ecl. 10, 73 cuius amor tantum mihi crescit in -as. HOR. sat. 2, 7, 10 carm. 2, 13, 14 ars 160 PLIN. epist. 3, 17, 3 DICT. 3, 2 CE 663, 1. *cf.* CATVLL. 38, 3 et magis magis in dies et -as [PLIN. nat. 7, 32. 10, 199 vel. CE 185, 2 vive in dies et -as (*cf. p. 2962, 72*). *nota sing.*: HOR. sat. 2, 6, 47 subiectior in diem et -am invidiae. *aliter p. 2959, 47*]). VERG. Aen. 6, 539 nos flendo ducimus -as (*cf.* MART. 11, 77, 2 consumit -as et die toto sedet. SIDON. epist. 2, 9, 9 trahebantur -ae). MANIL. 3, 387 signa quot surgant in quoque loco cedantque per -as (POMPON. dig. 38, 1, 3, 1. LAMPR. Comm. 6, 7 per -as ac dies. SIDON. epist. 1, 7, 12. *et al.*). 3, 417 -arum ratio (HIER. epist. 64, 18, 7. *cf.* AVG. civ. 12, 13 p. 530, 17 D. quantitates). SEN. nat. 6, 32, 10 -ae sunt, quas perdimus. COLVM. 4, 24, 3 pari -arum numero. PLIN. nat. 9, 51 per aliquot -arum spatia (18, 188 FILASTR. 133, 3 AVG. civ. 21, 11 p. 512, 25 D. PS. ORIG. tract. 9 p. 98, 3 breve sp. -arum [PALLAD. 7, 2, 4]. *cf. p. 2956, 26*). QVINT. decl. 248 p. 17, 32 computatis diebus atque -is (FILASTR. 58, 2). PAPIN. dig. 8, 1, 4, 2 intervalla dierum et -arum. EDICT. imp. Diocl. I 5 non annis modo vel mensibus aut diebus, sed paene -is ipsisque momentis (AVG. civ. 13, 10 p. 567, 27 D.). EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 927[A] *ut* calculari possit cursus -arum (ὥραν. *cf.* 6, 8 p. 931[B] concursio [τῶν ὡρῶν συνδρομήν]). PS. ORIG. tract. 1 p. 5, 21 brevitas -arum (4 p. 37, 9).

3 *significatur punctum temporis (saepius per ellipsin, inde a Rhet. Her., ut vid., e. gr. 4, 51, 61* decuma veniunt. *Hor. sat. 1, 6, 122* ad quartam iaceo): **a** *in universum*: *α c. numeralibus*: *cardin.*: TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 15 ubi -ae decem sunt. CIC. Quinct. 53 '-ae duae fuerunt; ... non venit'. *cf. l. 65. ordin.*: CIC. Scaur. 23 -am sibi octavam, dum in foro bovario inquireret, postulavit. PVBLIL. D 28 decima -a amicos plures quam prima invenit (*item* -a *subi.*: VERG. georg. 3, 327 quarta sitim caeli collegerit -a. LVCAN. 5, 507 tertia iam vigiles commoverat -a *noctis* secundos. MART. 12, 18, 14 somno, quem nec tertia saepe rumpit -a. CYPR. domin. orat. 34 p. 292, 7 ostendit. IVVENC. 3, 556 venerat. *et al.*). LIV. 9, 37, 5 decima erat fere diei -a, cum *eqs.* (21, 59, 5. CVRT. 9, 9, 9. PEREGR. Aeth. 4, 5 coepit iam esse -a forsitan octava [31, 2]. 43, 6 iam est -a plus decima. VVLG. Ioh. 1, 39. *et al.*). PALLAD. 12, 13, 4 quarta -a calescente. PEREGR. Aeth. 27, 3 facit se -a quinta (29, 3 cum coeperit se -a septima facere. 31, 1. 37, 4. 7. *cf.* VVLG. Marc. 15, 33 facta -a sexta [*cf.* Luc. 22, 14]). FVLG. myth. 1, 12 Acteon ... tertiae -ae metis ... insistens. *et al.* *β varia*: HOR. sat. 1, 4, 15 detur nobis locus, -a, custodes, videamus, uter plus scribere possit. OV. ars 2, 223 iussa maturius -a (SIL. 13, 419). Ib. 196 -a ... erit tantis ultima nulla malis (*aliter p. 2963, 40*). trist. 1, 3, 54 certam me sum mentitus habere -am (SEN. apocol. 2, 2 [*v. Heinze, Herm. 61, 1926, 53*]). VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 constituta (MART. 11, 73, 2 constituisque -am constituisque locum. *cf. l. 83. p. 2959, 36. 41. 43. 54. 2961, 37 al.*). SIL. 15, 217 servata ... -a, quam dederat ductor. MART. 10, 38, 4 o nox omnis et -a, quae notata est ... litoris Indici lapillis. SVET. Tib. 18, 2 quacumque vel noctis -a uteretur. QVEROL. p. 35, 22 -a est synastria. CLAVD. DON. Aen. 6, 255 p. 543, 14 ut apertam designationem -ae vel temporis demonstraret (*cf.* AVG. civ. 5, 2 p. 193, 18 D. ubi ponitur -ae notatio). *al.* -a *quaeritur, nuntiatur*: HOR. sat. 2, 6, 44 -a quota est? (MANIL. 3, 485 lucis. DON. Ter. Eun. 516. *cf. p. 2954, 53*). SEN. frg. 36 -as Iovi nuntiat (MART. 8, 67, 1 -as quinque [*cf. supra l. 36*] puer nondum tibi nuntiat. IVV. 10, 216 quot. SVET. Dom. 16, 2 -as requirenti pro quinta ... sexta ... nuntiata est. APVL. met. 11, 20 inchoatae lucis ... primam. *cf. p. 2954, 58*). PLIN. nat. 7, 182 cum a puero quaesisset -as. VVLG. Ioh. 4, 52 interrogabat ... -am ab eis, in qua melius habuerit (ὥραν).

b *abl. temp.*: *α c. numeralibus*: VARRO frg. Gell. 3, 2, 6 qui Kalendis -a sexta ... natus est (CIC. ad Q. fr. 2, 3, 2. *et al.*). CIC. Quinct. 25 -a secunda postridie. Verr. II 2, 91 venire -a nona. dom. 41 -a fortasse sexta diei (*al.* CAES. Gall. 4, 23, 2 circiter quarta. LIV. 45, 41, 3 nona). *al.* GALBA Cic. epist. 10, 30, 4 noctis quarta (SERV. Cic. epist. 4, 12, 2 decima. BELL. Afr. 70, 5 prima). CIL III 13806 ⟨-a n⟩octurn⟨a⟩ VII. VI 34624[a] mortua est -a XIII. INSCR. christ. Diehl 4396 die Iovis -a XII. *et al.* *β varia*: RHET. Her. 2, 4, 7 qua -a noctu an interdiu, ... qua noctis -a (LIV. 9, 16, 7 *al.* PLIN. nat. 36, 82 SIL. 8, 305. *et al.*). CIC. Quinct. 53 eadem (div. 2, 30 LIV. 2, 53, 3. VELL. 2, 18, 2 die atque -a. PLIN. nat. 9, 180. *et al.*). epist. 7, 23, 4 ea ... ipsa (PEREGR. Aeth. 25, 6. *et al.*). HOR. carm. 1, 9, 20 composita (*cf.* LIV. 44, 37, 8 edita. PHAEDR. 4, 25, 19 dicta. AMM. 27, 12, 7 praestituta nocturna. VISIO Pauli 8 rec. P p. 13,

[Gundel]

35 J. statuta). LIV. 9, 37, 5 quacumque diei noctisve (PLIN. nat. 2, 151). SEN. nat. 1, 8, 6 qualibet -a diei (*cf.* PAVL. dig. 2, 12, 8 quavis -a lucis). PLIN. nat. 7, 132 illa (CYPR. epist. 81 p. 842, 5. *et al.*). IVV. 10, 76 hac ipsa (VVLG. Ios. 11, 6 eadem. *al.*). POMPON. dig. 28, 6, 16, 1 alia (43, 20, 2. *cf.* PASS. Petr. Paul. long. 14 altera [ἄλλοτε]). ITALA Luc. 12, 12 (Tert. adv. Marc. 4, 28 p. 518, 12) ipsa ([VVLG. in ipsa]. VEG. mulom. 1, 52, 2 CHIRON 236. 308. VVLG. Luc. 2, 38 [αὐτῇ τῇ ὥρᾳ]. HIST. Apoll. rec. A 8 [*i. q.* '*statim*']. *cf. Hofmann, Umgangsspr. 194*).

c *c. praepp.*: α *c. numeralibus*: ab: CIC. Phil. 2, 104 ab -a tertia bibebatur. BELL. Afr. 19, 4 diei quinta. LIV. 8, 38, 10 ab -a diei tertia ad octavam (10, 34, 2. 44, 37, 6. *cf.* PLIN. nat. 2, 229 a tertia noctis -a in sextam [37, 155 LACT. inst. 4, 19, 2]). 23, 35, 16 *al.* GELL. 3, 2, 16. ad (*cf. l. 12*): CIC. Verr. II 2, 92 ad -am nonam praesto est. epist. 15, 4, 9 ex antelucano tempore usque ad -am diei x (ad Q. fr. 2, 3, 2 BELL. Afr. 61, 1 PEREGR. Aeth. 32, 1. *cf. l. 23*). LIV. 40, 50, 2 a prima luce ad sextam -am diei. AMM. 26, 1, 9. ante: VARRO frg. Gell. 3, 2, 6 a. -am eius diei sextam. CIC. Verr. II 2, 41. 2, 92 LIV. 22, 60, 24. circa: CELS. 4, 32, 1 c. tertiam -am. SEN. nat. 7, 17, 2 epist. 122, 15 ASCON. Mil. p. 31, 5. circiter: HOR. epist. 1, 7, 47 octavam c. -am. circum: PORPH. Hor. epist. 1, 20, 19 c. quartam vel quintam -am. de: PEREGR. Aeth. 36, 5 de ea -a usque ad sexta. 37, 8. in *c. acc.* (*v. etiam infra l. 46*): BELL. Afr. 78, 9 in -am x commoratus. HOR. epist. 1, 17, 6 primam somnus in -am delectat. SEN. epist. 83, 14 usque in -am fere sextam dormiebat (COLVM. 11, 2, 7. *v. et l. 32 et cf. p. 2957, 33*). COLVM. 9, 9, 3. in *c. abl.*: HIER. epist. 21, 40, 4 in prima -a vocatur Adam *eqs.* GREG. TVR. stell. 42. inter: LIV. 37, 36, 4 i. -am tertiam ferme et quartam. CELS. 2, 4, 1 PLIN. nat. 2, 180 SVET. Nero 8. post: CIC. S. Rosc. 19 p. -am primam noctis. Att. 2, 14, 2. 13, 7, 2 CAES. Gall. 5, 53, 1 COLVM. 2, 10, 30. GAIVS dig. 8, 1, 5, 1 p. -am tertiam usque in -am decimam. prope: AMM. 27, 3, 1 p. -am diei tertiam. β *varia*: ab: PASS. coron. 2 ab eadem -a. TAB. devot. Audollent 140, 3 ab hac -a ab hoc die ab hac nocte. ad: CIC. Phil. 14, 19 ex kal. Ianuariis ad hanc -am (*cf.* div. 2, 47 istam. LIV. 22, 22, 17 compositam cum iis. IVST. 1, 10, 8 statutam). SEN. benef. 1, 2, 3 nec avarus exactor ad -am et diem appellat *debitorem* (*nude ut*: nat. 3, 16, 2 quartana ad -am venit. QVINT. inst. 12, 3, 5 VVLG. Sirach 33, 9. MAX. TAVR. serm. 96 p. 725[C] cum peccator usque ad -am forte fuerit [*i. q.* '*usque adhuc*'; *an i. q.* '*modo*'?, *cf. p. 2960, 7*]. *v. et p. 2954, 38; aliter l. 63*). ante: CASSIAN. conl. 5, 11, 1 a. -am statutam. VITA Caes. Arel. 2, 6 p. 486, 4 legitimam. circa: LIV. 42, 57, 10 c. eandem -am. citra: VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 c. constitutam -am. ex: PETRON. 129, 11 ex qua -a. PEREGR. Aeth. 24, 1 ex ea -a usque in lucem. 24, 12 illa. TAB. devot. Audollent 286 B 3 ex anc -a ex anc die ex oc momento (291 A 9). *et al.* in *c. acc.*: BELL. Afr. 1, 2 ut omnes in dies -asque parati essent (VVLG. apoc. 9, 15 in -am et diem. *cf. p. 2958, 14*). COLVM. 12, 46, 5 usque in eam -am, qua (VVLG. act. 10, 30 [μέχρι]. I Cor. 4, 11 [ἄχρι]. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 2). in *c. abl.*: CAES. Gall. 7, 86, 3 in eo die atque -a (PEREGR. Aeth. 19, 12. PAVL. Faust. Rei. epist. 4 p. 182, 5). CYPR. epist. 58, 5 p. 661, 6 illa (FILASTR. 118, 4 VVLG. Matth. 8, 13). VVLG. Dan. 3, 5 in -a, qua (*al.* PASS. coron. 3 in qua -a). 5, 5 eadem (IV reg. 4, 16 hac. 4, 17). Iudith 13, 7 hac. Luc. 7, 21 ipsa. VISIO Pauli 8 rec. P p. 13, 36 J. constituta. TAB. devot. Audollent 247, 5 ista. post: SEN. dial. 9, 17, 7 p. eam -am. sub: SVET. Dom. 17 s. ipsam -am. ultra: CASSIAN. inst. 3, 7, 2 u. praestitutam ... -am.

d *gen.* -ae *pendet ex neutr. pron.* (*cf. C. F. W. Müller, Nom. u. Acc. 165*): SVET. Nero 26, 2 numquam postea publico se illud -ae sine tribunis commisit *eqs.* (APVL. met. 1, 15). AVR. Fronto p. 39, 4 N. vides quid -ae tibi rescribam (QVEROL. p. 34, 7 quid -ae nuncupamus?). APVL. met. 6, 12 istud -ae. IVL. VAL. 3, 30 id -ae.

e *formulae* ad -am (-a *l. 79. 83. p. 2960, 13. 14*) *sim.* (sub -a *p. 2960, 2. 5. 16*, in -a *p. 2960, 6*; *cf. Löfstedt, Verm. Stud. 166 sqq.*; *aliter supra l. 37*): α *i. q.* '*ad id momentum temporis*' (*cf. p. 2960, 26*): CYPR. epist. 81 p. 841, 20 dicturi quod ad -am dominus dici voluerit. VVLG. Iob 10, 14 si peccavi et ad -am pepercisti mihi. AVG. civ. 1, 31 p. 48, 26 D. *subsellis* ad -am congestis in ludorum spectaculo iam uti civitas coeperat. 12, 18 p. 539, 31 quasi ad -am, sicut veniebat in mentem, fortuita quadam inconstantia videatur fecisse quae fecit. adv. Don. 15, 19 p. 117, 3 neque ... tunc ad -am antiqua archiva ecclesiastica discutienda nobis fuerunt. coll. c. Don. 3, 17, 32 p. 82, 8. 83, 3. epist. 71, 3 mihi ad -am codex defuit. c. Gaud. 1, 25, 28 p. 226, 29 c. Maximin. 1, 19 in psalm. 138, 1 serm. RevBén. 49, 1937, 267, 306. CASSIAN. conl. 5, 11, 3 nonnumquam evenit, ut ad -am desit illa species quae postulatur a nobis. 5, 11, 7. 16, 26, 2 inst. 5, 21, 2. 10, 25. CASS. FEL. 42 p. 98, 2 ACT. Petr. 35. β *i. q.* '*ilico*', '*statim*' (*cf. l. 8. p. 2957, 79*): HERM. Pal. mand. 9, 7 noli fatigari quod ad -a non consecutus sis (ταχύ, *vulg.* cito. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 20, 3 si ... *deus* non dat ad -am, exercet quaerentem, non contemnit petentem). PELAGON. 268 si sanguis ad -am non fuerit inventus. HIER. reg. Pachom. 49 p. 25, 16 B. AVELL. p. 644, 1 VITAE patr. Iurens. 2, 5 p. 145, 38. ANTHIM. 14 de laredo ... qualiter melius comedatur ad -a expono. CAES. AREL. serm. 63, 2 p. 262, 7 qui accepta paenitentia ad -am transit. *cf.* AVG. serm. 49, 7, 7 (= CAES. AREL. serm. 221, 4 p. 831, 12) qui sub -a irascitur et cito placatur. *sim. fere i. q.* '*initio*', '*primo*' (*opp.* postea): PROSP. in psalm. 118, 43 multi, qui ad -am negando defecerunt, postea paenitendo separati sunt. *cf.* PS. AVG. serm. 295, 2 (= CAES. AREL. serm. 47, 2 p. 203, 17) sub -a videntur irasci, postea vero *eqs.* RVF. podagr. 17 in -a ... relevare videntur aegrotos, postea autem *eqs.* γ *i. q.* '*modo*', '*paulo ante*', '*recens*' (*cf.* GLOSS.[L] V Aa R 81 recentia: ad -am, nova): AVG. serm. 393 (= CAES. AREL. serm. 63, 1 p. 262, 4) baptizatus ad -am securus hinc exit (*cf. p. 2959, 40*). CASS. FEL. 20 p. 31, 8 *cum aceto* ad -am trito. 20 p. 31, 19 collyriis ad -am factis. EPIPHAN. in euang. 44 p. 104, 5 cibus, qui ad -am conditur (*cf. Erikson, Sprachl. Bem. zu Epiphan. 121*). ANTHIM. 10 in oximelli simplici ad -a facto. 14. 23 *aves* ad -a occisae. 25 ad -a captum *turturem* comederunt. 51. 54. 60 si ad -a collectae fuerint, gravare solent. *cf.* MARCELL. med. 20, 80 oxyporium Pancharianum ... tertianam ... sub -a datum mire tollit (APIC. 4, 117 insuper nivem s. -a asperges [*v. Svennung, Eranos 34, 1936, 22*]. CASS. FEL. 19 p. 29, 11 collyriis ... sub -a formatis. EPIPHAN. in euang. 31 p. 55, 11 escae, quae s. die et -a conditae adponuntur esurientibus. CAES. AREL. serm. 229, 6 p. 865, 6 qui ... s. -a filium suum ad baptismi sacramentum ingesserit). δ *i. q.* '*ad breve temporis spatium*' (*sec. gr.*): ITALA Luc. 8, 13 (cod. e) ad -am credunt et in die temptationis recedunt (πρὸς καιρόν, *Vulg.* ad tempus). VVLG. Ioh. 5, 35. II Cor. 7, 8 epistula illa etsi ad -am vos contristavit (πρὸς ὥραν). Gal. 2, 5 Philem. 15 PASS. Tarach. 7 p. 465. *c. his conferre licet exempla quaedam propius ad* α *accedentia*: HIER. tract. in psalm. I p. 148, 16 *torrentes* ad -am habent aquas. p. 310, 29 hoc quod ad -am nobis videtur esse contrarium. AVG. civ. 22, 29 p. 627, 7 D. fortasse ista virtus magna cernendi data fuerit ad -am ... oculis sancti viri Iob. c. Maximin. 1, 19 *Christus* humanam non ad -am sumpsit effigiem. SVLP. SEV. dial. 3, 13, 2 satius aestimans ad -am cedere. 3, 13, 3. MAX. TAVR. serm. 70 p. 675[B] quis nolit ad -am sustinere Laurentii ignem, ut aeternum gehennae non patiatur incendium? FERRAND. epist. 7, 8 noli apparere similis ad -am placere volentibus.

12. satiare: CHIRON 383. sustinere: COLVM. 7, 9, 13. *subi. accipientes:* delectari: VARRO rust. 3, 7, 8. laedi: VEG. mulom. 1, 37. 2, 137. pasci: VARRO rust. 1, 38, 3 VEG. mulom. 2, 108, 1. *separ.*: abstinere: COLVM. 6, 30, 7 PELAGON. 41. 43. *et al.* (*cf.* ab: CHIRON 157 *al.* VEG. mulom. 2, 6, 1 *al.*). Ⓑ *iunct. nominales:* -um: calidum: CHIRON 358. lapidosum: VEG. mulom. 1, 56, 8. lectum: APVL. met. 7, 14. madidum: QVEROL. p. 30, 18. malum: VEG. mulom. 2, 137. mucidum: VEG. mulom. 1, 56, 8. novum: PELAGON. 33 CHIRON 427 *al.* VEG. mulom. 1, 37. 2, 108, 1 (*cf.* VEG. mulom. 1, 29, 4 novelli). praefervidum: VEG. mulom. 1, 56, 8. pulverulentum: VEG. mulom. 1, 56, 8. purum: COLVM. 6, 30, 1 PELAGON. 30. recens de area sumptum: VEG. mulom. 1, 56, 8. solidum: CHIRON 543 (VEG. mulom. 2, 82). *cf. infra l. 45.* β *cibus hominum: de usus vetustate*: PLIN. nat. 18, 72 antiquissimum in cibis -um, sicut Atheniensium ritu Menandro (*medico*) auctore apparet et gladiatorum cognomine (*cf. p. 2966, 18*). 18, 74 (*p. 2968, 54*). *inter cibos minus conducibiles*: CELS. 2, 18, 4 siquidem plus alimenti est in pane quam in ullo alio, firmius est triticum quam milium, id ipsum quam -um. 2, 21, 1 (*inter res 'κακοχύλους'*). 2, 25, 1. DIOSC. 2, 69 non tantum corpori addet, quantum triticu potest (*gr. 2, 86, 1 ἀτροφωτέρα ... πυροῦ*). ORIBAS. eup. 2, 1 C 25 desiccat et infrigidat (syn. 4, 32). syn. 4, 13 (*inter oligotropha*). *adhibitum in egenis rebus ad inopiam defendendam*: CAES. civ. 2, 22, 1 panico vetere atque -o corrupto omnes alebantur, quod ad huiusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant. 3, 47, 7 non, illis -um cum daretur, non legumina recusabant. COLVM. 2, 9, 14. *militibus dari non solitum* (*cf. Galen. de anim. facult. 1, 11 [VI p. 507]*) *nisi castigandis*: FRONTIN. (?) strat. 4, 1, 25 legionibus, quae Punico bello militiam detrectaverant, ... per septem annos -um ex senatus consulto datum est. 4, 1, 37 reliquis ex legione -um dari iussit *M. Antonius.* SVET. Aug. 24, 2 cohortes, si quae cessissent loco, decimatas -o pavit. VEG. mil. 1, 13. *alimentum servorum* (*cf. p. 2968, 57*): VVLG. II par. 2, 10. 15.

b *in medicina* (*et hominum et iumentorum*): LVCIL. 813 ex molito -o uti cataplasma (CELS. 2, 33, 5 ex qualibet farina c., sive tritici sive farris sive -i *eqs.* [*cf.* PELAGON. 261 *bis.* MARCELL. med. 36, 45 PHILVM. med. 1 p. 108, 17. 21. 110, 11. 2 p. 116, 5]. 8, 9, 1^E vel ex lolio vel ex -o. PLIN. nat. 22, 161). OV. medic. 53. 56. 95 -a quem faciunt ... cremorem. met. 14, 273 *Circe* misceri tosti iubet -a grani. CELS. 5, 28, 19^D. COLVM. 6, 10, 2 torre⟨fact⟩o (6, 24, 5. 6, 30, 1 CHIRON 138. *cf. infra l. 45*). PLIN. nat. 18, 78 -i farina ... ad medendum utuntur *eqs.* 22, 134 sucus decocti digeritur in pastillos. PELAGON. 10 triti et cribrati. CHIRON 267 (*inde* VEG. mulom. 2, 8, 3) -um ... infundito et decoquito, ut caldum fiat, et in sacellum mittito (271 perungetur ... ex -o sacellione vaporato *eqs.* PHILVM. med. 1 p. 106, 20 sacellos -i torrefactos. *al.*). 636 solidum discoctum in aceto. VEG. mulom. 1, 29, 6 *al.* *-i cinis in medicamentis*: PLIN. nat. 22, 134. 28, 137. 30, 113. 32, 110. PELAGON. 281 -um combustum et in cinerem redactum (VEG. mulom. 2, 80, 1 *al.* MARCELL. med. 6, 9).

c *varii modi praeparationis -i aut ad alendum aut ad medendum* (*cf. Blümner, Technol. I² 3 sqq.*): α *-i maturi, in area extriti* (PLIN. nat. 18, 61. *cf.* COLVM. 11, 2, 50 -um terere [*aliter infra l. 70*]) *et ventilati* (ITALA Is. 30, 24 [Hier. in Is. 30, 25 p. 347^D; *λελικμημένη, Vulg. aliter*]. *cf.* VVLG. Ruth 3, 2 aream -i ventilat): Ⓘ *generatim:* Ⓐ *iunct. verbales* (*acc.*): aspergere: PLIN. nat. 18, 72 aqua. CHIRON 139. comburere: *v. supra l. 47.* coquere: COLVM. 7, 9, 13. CHIRON 976 (*cf.* de-: CHIRON 267 VEG. mulom. 2, 55, 6 dis-: CHIRON 636. semicoctum: COLVM. 7, 9, 13 PALLAD. 1, 27, 1). cribrare: PELAGON. 10. decorticare: VEG. mulom. 1, 38, 11. durare: PLIN. nat. 18, 78. frangere: PLIN. nat. 18, 72 molis. SER. SAMM. 710 saxis. 1047 QVEROL. p. 30, 18. frigere: *vol. VI 1, 1331, 74. 78 sq. 1332, 21.* infundere (*sc. aqua sim. perfundere; aliter p. 2968, 71*): CHIRON 160. 277. 411. interere: VARRO rust. 3, 10, 5 in aqua. macerare: COLVM. 8, 14, 10 CHIRON 735. 995 VEG. mulom. 1, 29, 6. molere (*v. et p. 2970, 15. 17*): COLVM. 6, 10, 2 PLIN. nat. 18, 73 *al.* CHIRON 319 (*cf.* CALP. ecl. 3, 85. APVL. met. 7, 15 sub ... mola ... quassatum. VEG. mulom. 2, 88, 7 emolitum. *v. et l. 59*). perfundere: PLIN. nat. 18, 72 aqua. pinsere: COLVM. 8, 4, 1 pinsitum (PELAGON. 204). PLIN. nat. 18, 98 LAVS Pis. 17. purgare (*cf. p. 2970, 13. 15*): VEG. mulom. 1, 17, 9. siccare (*cf. p. 2970, 14*): PLIN. nat. 18, 72. 73. CHIRON 160 (VEG. mulom. 1, 38, 11). terere (*aliter supra l. 51*): PELAGON. 10 CHIRON 976. torrere (*cf. p. 2970, 16*): COLVM. 12, 5, 1 PLIN. nat. 18, 73 *al.* tundere (*cf. p. 2970, 14*): APVL. met. 4, 22 minutatim. SER. SAMM. 739 VEG. mulom. 1, 29, 6. Ⓑ *iunct. nominales: adi.* (*cf. supra l. 5 sqq.*): iurulentum: APVL. met. 4, 22. madidum: *p. 2970, 13.* nudum (*aliter p. 2967, 26*): OV. medic. 56. umidum: LAVS Pis. 17. *subst.*: alfita: ANTHIM. 64 fit ... de -o ... quod nos graece dicimus a. *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 13 ex -o. cremor: *supra l. 38.* far (-i): PALLAD. 1, 28, 5. 1, 29, 2. farina: *vol. VI 1, 282, 75 sqq. 82 sqq.* fomentum: CHIRON 661 ex -o. 738 -i. mola (-i): GLOSS. III 547, 8 (ordet *cod.*). offa: PLIN. nat. 18, 103 ex aqua -oque. panis (ex -o): CELS. *supra l. 16 sqq.* PLIN. *p. 2968, 54.* VVLG. iud. 7, 13. polenta: PLIN. nat. 18, 72 sqq. VEG. mulom. 4, 23, 1 ex -o (DIOSC. 2, 69). MARCELL. med. 1, 62 de -o. 23, 52 -i. pollen (-i): CAEL. AVR. acut. 3, 3, 14 chron. 3, 2, 26 acut. exc. 4 p. 498. simila (-i, de -o): GLOSS. tisana: COLVM. 2, 7, 1 ex eo (PLIN. nat. 18, 71. 75. 22, 136). VEG. mulom. 4, 7, 3 -i. ANTHIM. 64 de -o. Ⓘⓘ *speciatim de -i suco vel potione ex -o facta:* PLIN. nat. 8, 24 capti *elephanti* celerrime mitificantur -i suco (*perversa interpretatione gr. q. s. Diosc. 2, 87 de elephante morbo*). TAC. Germ. 23 potui umor ex -o aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. VLP. dig. 33, 6, 9 pr. zythum ... in quibusdam provinciis ex tritico vel -o vel ex panico conficitur. AMM. 26, 8, 2 sabaia ex -o vel frumento in liquorem conversis, paupertinus in Illyrico potus. HIER. in Is. 28, 5 p. 317^D siceram ... omnem potionem, quae inebriare potest ..., sive illa frumento sive -o sive ... alio quolibet genere conficitur. DIOSC. 2, 70 (*v. vol. V 2, 358, 50*). β *-i semimaturi* (*v. Blümner l. c. 55*): PLIN. nat. 18, 72 *ad polentam faciendam* alii virentibus spicis decussum -um recens purgant madidumque in pila tundunt atque in corbibus eluunt ac siccatum sole rursus tundunt et purgatum molunt. PALLAD. 7, 12 -um semimaturum, cui adhuc superest aliquid de virore, per manipulos ligabis et torrebis in furno, ut facile mola possit infringi.

3 *varii usus speciales:* **a** *in metallis tractandis:* PLIN. nat. 33, 108 (*de argyritide ita tractanda, ut candor ei detur*) addito in linteolis tritico et -o novis. 34, 170 (*de scobe plumbi ad medicinam praeparanda*) aliqui cerussam admiscent ... aut -um *eqs.* **b** *ad putredinem depellendam: in frugibus reponendis*: PALLAD. 4, 10, 10 in dolio intra -um sic ordinantur *poma*, ne se invicem tangant. 12, 7, 22 castaneae servantur ... -i paleis minutissimis obrutae. APIC. 1, 17 si in -o obruas (*uvas*), illaesas invenies. *in instituendis olivetis*: PALLAD. 3, 18, 1. **c** *in superstitionibus* (*cf. p. 2965, 29. 50*): PLIN. nat. 22, 135 novem granis -i furunculum si quis circumducat *eqs.* (MARCELL. med. 8, 192 *ad hordeolos sanandos* novem [*infra*: septem ... quinque ... tria ... unum. *cf.* 27, 52 grana impari numero] grana -i sumes *eqs.* 8, 193). 28, 81 asinas tot annis non concipere, quot grana -i contacta (*sc. sanguine profluvii mulierum*) ederint. 30, 97 perungui iubent aegros ... -i granis (PELAGON. 355). **d** *in sacrificio* (*cf. vol. VI 1, 282, 61*): VICTORIN. leg. dom. 26 obtulerant (*Cain et Abel*) ... deo lac atque -a ruris.⌈

C *in allegoriis* (*cf. p. 2968, 4*): HIER. epist. 49, 14, 7 virginitatem frumentum, nuptias -um, fornicationem stercus bubulum nuncupantes. in Is. 30, 25 p. 348^C per paleas et -um (*i. vet. test.*) proficiunt, ut transeant ad frumentum (*i. nov. test.*). AVG. in euang. Ioh. 24, 5 talis (*sc. qualis -um describitur in eis quae antec., v. p. 2968, 13*) est littera veteris testamenti. *ibid. Christus* per medullam -i (*cf. p. 2968, 15*) ostendebatur, per paleam vero -i occultabatur. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 10 inter omnem populum Israelitae videntur abiecti velut genus -i (*ὅμοιον τῷ κατὰ κριθὴν γένει*).

deriv.: hordeaceus, hordearius, hordeolus, hordior. *Dittmann.*

hordiāc-, hordiār- *v.* hordeac-, hordear-.

hordiātus *v.* hordior. **hordic-** *v. Onom.*

hordin- *v.* ordin-. **hordiol-** *v.* hordeol-.

hordior, -ātus sum, -īrī. *ab* hordeum (*de* i *cf.* hordiarius *sim.*) *sec. gr. κριθιᾶν* (*cf.* crithiare); *ad depon. cf. e. gr.* crapulari. *an praes. retrograde ab* -tus (*v. l. 53*)? *scrib.* ord- *in praecant. l. 56.*

i. q. κριθιᾶν, laborare morbo equorum q. e. κριθίασις: PELAGON. 47 similis est ... cura iis *equis*, qui -antur (*cf. Hippiatr. gr. I p. 357, 18 τοῖς κριθιῶσι ζῴοις*). (*part.*) hordiatus *fere pro adi.* (*fortasse non a verbo ductum, sed per se ab hordeum derivatum; cf. l. 48 sqq.*): PELAGON. 278 (*tit.*) praecantatio ad equos -tos. 278 (*praecant.*) equus si -tus, si lassus ..., si marmoratus, si roboratus *eqs.*

1. HIER. epist. Pachom. 6 p. 94, 10 B. *quae littera vocatur* Aegyptiace 'hore' (ore *codd.*). **2. hore** (INSCR.) *v. p. 2916, 77.*

hōr(e)ia, -ae *f.* [*siquidem -reia genuina est scriptura, vocem ex lingua Messapica repetas* (*cf.* gandeia, vegeiia); *sed scrupulus restat, quod Plauto forma* -rĭa (*an assimilata vocibus q. s.* prosumia, actuaria *sim.?*) *metro vindicanda videtur. J. B. H.*] *mensuratur* ‿∪⏒: *infra l. 74.* *sine* h: INSCR. *infra l. 69.* *forma* -reia: PLAVT. *codd. infra l. 72 et 73*; INSCR. (*ex poet. vet., ut vid.*) *infra l. 77 bis.*; GLOSS. (*etiam* -rea). *de notione:* NON. p. 533, 21 (*ad Plaut.*) -a dicitur navicula piscatoria. FVLG. serm. ant. 15 (*ad Plaut.*) -am dicunt navicellam modicam piscatoriam (*sim.* GLOSS. V 508, 50). GLOSS. navis genus. [*dub.*: INSCR. christ. Diehl 568 (adn.) navicularius ⌊aboriis cernis⌋ (*'obscur.' Diehl*); ab oriis Sernis *intell. post alios Kaufmann, Handb. d. altchristl. Epigraphik 1917 p. 83.*]

significatur navicula piscatoria: PLAVT. Rud. 910 salute -ae (*i. salva -a*; horeia *vel* horreia *codd.*, horia *Non. l. c.*). 1020 rete et -a (*horrea, horreia sim. codd. Prisc.*). Vid. frg. 13 (*troch. sept.*) malo hunc alligari ad -am, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. GELL. 10, 25, 5 navium ... appellationes hae sunt: ... -ae (oxtrad.) *eqs.* CIL VIII 27790, 14 (= Dessau 9456) *in catalogo navium* (*saec. II*) -a (*navis imagini ascriptum*). *ibid.* (*sub navi*) -a p⟨...⟩ (*particula versus ignoti*).

horfus *v.* orphus. **hōria** *v.* horeia. **hōril-** *v.* horol-.

hōriola, -ae *f.* [*ab* hor(e)ia *deminutive; ad formam v. s.* horeia. *J. B. H.*] *mensuratur* ‿∪∪⏒: PLAVT. *fere i. q. horei* (*de Gell. non satis constat*): PLAVT. Trin. 942 -a (dor- *trad.*) advecti sumus. GELL. 10, 25, 5 navium ... appellationes hae sunt: ... prosumiae vel geseoretae vel -ae (oriole(s) *trad.*) *eqs.* *cf.* horeia.

[*Hafter*]

horion, *pl.* -ia *n.*, ὅριον. *t. t. astrol.*: FIRM. math. 2, 6, 1 hos fines Graeci -a vocant. *Haffter.*

horior, -ī. *primitivum pro iterativo* hor(i)tor. [*cf. c.* Heriem Iunonis (*Gell.*), *osc.* Herentateís '*Veneris*', heriam '*arbitrium, potestatem*', herest '*volet*', *vestin.* hiretum '*decretum*', *umbr.* heri '*vult*' *etc. et c. sanscr.* háryati '*delectatur, appetit*', *gr.* χαίρω, *got.* faíhu-gaírns '*pecuniae cupidus*', *theod.* gern, *hibern.* goire '*pietas*'. *J. B. H.*] DIOM. gramm. I 382, 21 'hortatur' quod vulgo dicimus, veteres nonnulli 'horitur' dixerunt, ut Ennius . . .: 'prandere . . .' (*v. infra l. 12*); idem . . .: 'hori⟨ta⟩tur induperator' (*ann. 346; v. p. 3007, 9*), quasi specie iterativa.

fere i. q. *monere*: ENN. ann. 432 prandere iubet horiturque. *deriv.*: hortor (horitor). *Ehlers.*

hōrispex *v. s.* orispex.

horisticē *f.*, ὁριστική. *de parte artis grammaticae*: DIOM. gramm. I 426, 16 grammaticae partes sunt duae, altera . . . exegetice, altera -e *eqs.* -e est finitiva, quae praecepta demonstrat *eqs.* *sim.* (*litt. graecis*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 3.

horitor *v.* hortor.

***horizōn,** -ontis *m.*, ὁρίζων. *formae (praeter nom. sg.)*: *gen.* -is: MACR., MART. CAP. *dat.* -i: MACR. *acc.* -a: SEN. nat. (*ed. litt. gr.*: VITR. SEN. nat. *semel.* MART. CAP.). *acc.* -em: SERV. auct., PROB. Verg., MACR., MART. CAP. *abl.* -e: MACR. *graeca*: *v. supra l. 22 et passim sub 1.* [*var. l.*: SERV. Aen. 6, 127 (*add. cod. D*).]

t. t. astrol.: **1** *significatur circulus caelum quasi medium dividens vel superiorem partem mundi ab inferiore secernens sim.* (*specialia v. edd. ad ll.* *vertitur latine per* finitor, finiens *sim.*; *v. infra*): CIC. div. 2, 92 orbes qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis -ες nominantur, a nobis finientes . . . nominari possunt *eqs.* MANIL. 1, 665 a fine trahens titulum memoratur -n (*interpol.?*). VITR. 6, 1, 5 terminatio orientis et occidentis circa terrae librationem, qua dividitur pars superior et inferior mundi, habere videtur libratam . . . circumitionem, quam etiam mathematici -α dicunt. SEN. nat. 5, 17, 3 hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, id est hunc circulum Graeci -α vocant, nostri finitorem dixerunt, alii finientem (*v. tot. loc.*). *ibid. iterum.* 5, 17, 4 -ν sive finiens circulus. *ibid. iterum.* CHALC. comm. 66 circulus finalis, quem noster visus imaginatur, -n Graeco nomine, limitans mundum dividensque in duas partes iuxta hominum visum. AMM. 18, 6, 22 terrarum omnes ambitus subiectos quos -ας appellamus. SERV. Aen. 5, 835 -ος. auct. georg. 1, 246 infra -em (*sim. saepe*). PROB. Verg. georg. 1, 244 sqq. p. 362, 5. *ibid.* p. 363, 12 HYG. astr. 1, 4. 4, 10 (*bis*). MACR. Sat. 7, 14, 16 -is orbe. somn. 1, 15, 17 -n est . . . velut quodam circo designatus terminus caeli, quod super terram videtur. 1, 15, 18 -n, quem sibi unius cuiusque circumscribit aspectus, ultra trecentos et sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. 1, 15, 19 -is circus. 2, 5, 9 -n id est finalis circulus. *al.* MART. CAP. 6, 603 quem circulum Graeci -α (-am *codd.*) perhibent. 8, 826 -n vel finitor. 8, 880 terrarum -em. *al.* ANTH. 761, 36. PRISC. LYD. solut. (*saepe*). **2** *in descriptione horologii solarii de linea secante circinationem meridianam ita, ut aequa duo hemicyclia dividantur*: VITR. 9, 7, 3 haec . . . linea a mathematicis dicitur -n. 9, 7, 6 lineam . . . quae dicitur -n.

hormīnum, -ī *n.*, ὅρμινον. *scrib. in codd. et* horm- *et* orm-. *nomen herbae* (*ad rem v. Fischer-Benzon, Altdeutsche Gartenflora 1894, 134*): **1** *in descriptione*: **a** *sec. Theophr. h. pl.* (*cf. 8, 1, 4 et 8, 7, 3*) *inter frumenti genera aestiva*: PLIN. nat. 18, 49 -um. 18, 96 -um Graecis dictum, . . . cumino simile. 22, 159 -um semine . . . cumino simile . . ., ⌊cetero porro . . ., duorum generum *eqs.*⌋ (⌊ ⌋ *spectat ad b* [*v. Diosc. gr. 3, 129*]; porro *errore* [*accepit* πράσον *pro* πράσιον, *cf. infra l. 65*]). nat. 1, 18, 22 de -o. **b** *sec. Diosc. gr.* (*cf. 3, 33, 1 et 3, 129*): DIOSC. 3, 35 *elelisphacus* semen super virgas habens simile orminu agreste (*3, 33, 1* ὁρμίνου ἀγρίου). 3, 140 de ormino; orminon herba est similis prasio . . . foliis (*3, 129* ὅρμινον). *cf.* 3, 34 *dictamni genus* florem habens ⌊ormini⌋ agrestis simile (⌊ ⌋ *rectius* origani [*var. l.?*]; *3, 32, 2* ὀριγάνῳ [ὁρμίνῳ *RE*] ἀγρίῳ). **2** *loci ceteri* (*sc. in usu medicinali; fusius: Plin. nat. 22, 159 Diosc. lat. 3, 140; var. l.*: PELAGON. 368 ormini *R*[1]): PLIN. nat. 1, 22, 76 *medicinae* ex -o. PELAGON. 35 -i seminis ([*cf. Hippiatr. gr. I p. 11, 4* ὁρμίνου]. 95 [*inde* VEG. mulom. 2, 131, 6; *cf. Hippiatr. gr. I p. 115, 10* ὁρμίνου *M*]. 187 [*add.* aequis ponderibus; *inde* VEG. *infra l. 75*]. 395 [*cf. Hippiatr. gr. I p. 399, 14* ὁρμίνου]. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 60). 367 (*cod. Riccard.*; cymini *ed. Ihm*). VEG. mulom. 2, 104, 1 petroselini, -i (armeni *sim. var. l.*) . . . aequis ponderibus (*ex Pelagon. l. 72*). DIOSC. 5, 120 (*5, 95, 3* ὁρμίνου, *cf. app. crit.*). ORIBAS. syn. 4, 13 papaveris semen, horminu, sycamina (*rec. La* urminas; *gr. 4, 13, 6* ὅρμινα).

cf. ormenos (-min-) *sim.*

hormiscion *n.*, *ὁρμίσκιον (*cf.* ὁρμίσκος). *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 60 -on (herm- *B*). 37, 168 (= ISID. orig. 16, 14, 11) -on (herm- *B*[2], erm- *codd. Isid.*) inter gratissimas aspicitur ex igneo colore radians auro ⌊portante secum in extremitatibus candidam lucem⌋ (⌊ ⌋ *var. l.*; '*ex Isid.* . . ., *uncos ego posui*' *Mayhoff*).

hormus, -ī *m.*, ὅρμος. *i. q. statio navium*: PAP. Genav. 1 (*saec. I*) II B 2 *miles* exit ad -os confodiendos.

GLOSS. IV 534, 37 liticines: **hornātōrēs** . . . aut cornicines. *corrupt. pro* aen(e)atores; *cf. script.* orniatores *Gloss. V 185, 32* (= *Gloss.*[L] *I Ansil.* CO *2252*). *a voce germ. q. e.* horn *derivatum esse putat Kempf, Rom. sermonis castrensis rel. 378* (*quod probat Niedermann in plag.*). corn(u)atores *suspic. Svennung.* *Haffter.*

hōrnōtinus, -a, -um. [*ab* horno, *cf.* annotinus *etc. J. B. H.*] *de orig.*: SERV. *infra l. 30.* POMP. gramm. V 242, 5 sqq. inde (*ab* '*horno*') etiam fruges -ae dicuntur (*cf.* GLOSS. *infra l. 58 et 60*:) legistis in frumentaria 'quantumcumque frumenti -i exaraverunt' (*v. infra l. 23*). quamquam Cicero '-i frumenti' dicit, Horatius non dicit -i, sed horni frumenti, 'et horna fruge lares', pro eo quod est '-a fruge'. PRISC. *infra l. 16. 18.* *de prosod.*: PRISC. gramm. II 75, 25 invenitur . . . brevis i . . . in his, quae ab adverbiis nascuntur temporalibus, . . . 'horno, -us'. 80, 11 inveniuntur quaedam in 'tinus' paenultimam corripientia, sed quae a primitivis non habent t, ut . . . 'horno, -us.' *de notione*: GLOSS.[L] V Aa H 172 -um: annotinum (GLOSS. V 570, 16). [*e coni. falsa*: COLVM. 5, 6, 33 *et* arb. 30, 1 (*cf. Pomoell, Textkritiska Studier 29*).]

i. q. *hornus* (*synon. infra l. 33*), *huius anni*: CATO agr. 17, 2 -ae nuces virides sunt. CIC. Verr. II 3, 45 hae litterae . . . hoc quantum est ex Sicilia frumenti -i exaraverunt (*cf. l. 11 et 30*). SCHOL. Hor. *infra l. 33.*

hōrnus, -a, -um. [*ab* *hō-jōrō (*vel* *hŏ-jōrō, *cf.* hodie) '*hoc anno*' *derivatur* (*cf. theod. vet.* hiuru '*hoc anno*' *ex* hiu jāru); *alterum membrum cf. c. avest.* yārə '*annus*', *got.* jēr, *theod.* Jahr, *polon.* jar '*ver*', *gr.* ὧρος '*annus*', ὥρα '*tempus anni*'. *J. B. H.*] *de orig.*: SERV. gramm. IV 438, 16 -o . . . nihil est aliud nisi hoc anno. unde derivatio duplex invenitur. nam Cicero dicit hornotinas fruges (*v. supra l. 23*); Horatius dicit -as fruges (*v. infra l. 46*). *de notione*: PORPH. *infra l. 43.* NON. p. 121, 7 (GLOSS. V 642, 35) -um: ipsius anni. SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 88 (*l. 46*) -a: hornotina. GLOSS.[L] V Abba HO 8 -⟨a⟩e: huius anni. GLOSS. II 582, 2 -us: annotinus, anniculus. III 450, 41 -um: τῆτες, ἔφ' ἔτος (*al.*). *adde* (*cf.* ornus): GLOSS.[L] V Aa H 171 [h]ornum (-us): ligni genus, vel (hornum): ⟨hunc⟩ annum. *legitur inde ab* HOR. (*cf. etiam infra l. 40*), *adv. inde a* PLAVTO. [*trad. dub.*: CALP. ecl. 2, 71 totus tibi serviet annus (*codd. mell., edd. recc.*; ⟨h⟩ornus [*i. fructus huius anni*] *codd. interpoll., edd. vett.*). *e coni. dub.*: VARRO Men. 150 messem (*Lachmann*).]

quod huius anni est: HOR. epod. 2, 47 -a . . . vina promens (*cf.* PORPH. *ad l.* '⟨h⟩orna vina' dicuntur huius anni . . . *eqs.* hoc . . . ad idioma rusticae simplicitatis pertinet, -um vinum bibere. *adde*: PETRON. 133, 3 v. 16 spumabit pateris -us liquor). sat. 2, 6, 88 *mus rusticus* palea porrectus in -a. carm. 3, 23, 3 si . . . placaris . . . -a fruge lares (*cf.* SERV. Aen. 2, 133 *mola salsa* fiebat . . . de -a fruge et -o sale, ut Horatius 'et -a fruge'. *v. etiam supra l. 13. 31*). PROP. 4, 3, 61 agnis.

adv. **hōrnō.** *de orig.*: POMP. gramm. V 242, 1 adverbia sunt, quae a se nascuntur, ut cras, -o. *de notione*: SERV. *supra l. 29.* POMP. gramm. V 242, 1 sqq. -o est hoc anno. puta si velis dicere 'hoc die fiet', quando dicis 'hodie fiet', ad diem praesentem refers. quid si velis dicere 'hoc anno'? adverbialiter non hodie, sed -o debes dicere, puta '-o factum est', id est hoc anno . . . *eqs.* -o est anno praesente (*cf.* GLOSS. V 570, 18 -o: adverbium temporis, id est hoc anno, ut puta cum dicimus 'hodie fit' ad diem praesentem refertur, ita et -o ad hunc [hoc *trad.*] annum, unde hornotinae [hornotice *trad.*] fruges. 570, 14 adverbium temporis, id est hoc anno, unde fruges hornotinae dicuntur). GLOSS.[L] III Abol. HO 16 hoc anno (V Abba HO 7. IV Ps. Plac. H 18 [hoc *suppl.*]. *al.*). *al.*

i. q. τῆτες, *hoc anno* (*opp.* anno *sc. antecedente*: *infra l. 65*): PLAVT. Most. 159 eventus rebus omnibus, velut -o messis magna fuit. LVCIL. 273 (*de amasio*) nunc, praetor, tuus est: meus, si discesserit -o Gentius (gentili *trad.*). 781 utrum anno an -o ⟨tu⟩ te (*sic Leo*) abstuleris a viro. VARRO Men. 142 cum . . . in schola curarer, ut scribit Scantius, '-o per Dionysia'. PRISC. gramm. *l. 16. 18.*

deriv.: hornotinus. *Kroeker.*

horōdius *v.* erodius.

hōrographus, -ī *m.*, ὡρογράφος. CENS. *v. p. 2974, 17.*

hōrologiārius, -a, -um. *ab* horologium. CIL III 1070 (*a. 212—217*; Dessau 5625) M. Ulp(ius) Mucianus mil(es) leg(ionis) XIII gem(inae) ⌊horologiar(ium) templum⌋ a solo de suo ex voto fecit (⌊ ⌋ horologiare templum *auctores priores*). *i. templum horologio ornatum.* *miles* horologiar(ius) *explic. Dessau, Indices p. 489. 732* (*sed v. ibid. p. 888*).

[**hōrologicus,** -a, -um, ὡρολογικός. *var. lect.*: MART. CAP. *p. 2974, 51.*] *Haffter.*

hōrologium, -ī *n.*, ὡρολόγιον. *de etym.*: ISID. orig. (*v. p. 2973, 80*). *de script.* (-ril- *et* -leg- [*cf. etiam* GLOSS.[L] Corp. G 135 orolei] *assimil. vid. verbis q. s.* hora *et* legere; *cf.* spicilegium *sim. et v.* ISID. *l. c.*): PROB. app. gramm. IV 199, 11 orilegium non orologium (*sic cod., edd. Endlicher et Foerster*; orilegium non orologium *leg. Heraeus et Baehrens*). *exempla titul.*: or- (*cf. p. 2973, 1*):

[Lausberg]

INSCR. EphEp. VIII p. 156 n. 632 (*Terracinae*). orlog-: INSCR. christ. Brit. 181. horilog-: CIL V 2035 (*apud Laebactes, aet. Neronis*). horoleg-: CIL XIII 7800 (*Rigomagi in Germania, a. 218*). horileg-: CIL II 4316 (*Tarracone, saec. II*). VIII 4515 (*Zarai in Numidia*). *de abbrev.*: horol: CIL X 831. horolog: CIL IX 2324 X 1617 XII 535. *de notione*: GLOSS. ὡρολόγιον. *legitur inde ab* INSCR. Betilieni, VARRONE, CIC.

i. q. instrumentum horas indicans, sive -um solarium sive -um ex aqua (ad rem post alios Kubitschek, Grundriß d. ant. Zeitrechnung 1928, 188 sqq.): **A** *generatim* (*plerumque -um solarium significari videtur; agitur de -o ex aqua exempli gratia infra l. 19. 34. 37. 50. acced.* hibernum: *infra l. 18*; anaphoricum: *l. 19*): **1** *apud auctores*: CIC. epist. 16, 18, 3 -um mittam. VITR. 1, 1, 10 *disciplinae astronomicae* notitiam si quis non habuerit, -orum rationem scire non poterit (8, 6, 15 -orum rationibus. PLIN. nat. 7, 213 facti -i rationem. *v. et p. 2974, 1*). 9, 1, 1 longe aliter distant descriptiones -orum locorum mutationibus (9, 7, 7 genera descriptionesque -orum [*ibid. iterum*]. 9, 8, 15). 9, 8, 8 -a hiberna, quae anaphorica (*quod ortus siderum*, ἀναφοράς, *indicabant*) dicuntur (*de eisdem*: 9, 8, 9. 9, 8, 10. 9, 8, 11. *v. etiam p. 2974, 3*). 10, 7, 5. PARIS 1, 4, 6 corvus in conspectu eius *Ciceronis* -i ferrum loco motum excussit (*cf. Nepotian. 1, 4, 6* virgulam ferream, qua distinguebantur horae). SEN. apocol. 2, 2 (*ironice*) horam non possum certam tibi dicere, facilius inter philosophos quam inter -a conveniet. PETRON. 26, 9 Trimalchio ... -um in triclinio ... habet. 71, 11 -um in medio *sepulcro ponas*, ut quisquis horas inspiciet, ... nomen meum legat. PLIN. nat. 1, 2, 78. 1, 7, 60. 7, 214 Papiriano -o (*cf. infra l. 64*). 37, 14 *Pompeius in triumpho* transtulit ... musaeum ex margaritis, in cuius fastigio -um. PAPIN. Vlp. dig. 33, 7, 12, 23 (*de eis, quae supellectili adnumerantur*) excepto -o aereo, quod non est adfixum. CHALC. comm. 64 mechanici -a instituentes. HYG. astr. 4, 2 p. 100, 15 ex -is (*opp.* ex sphaerae ratione; -i [*sc. ratione*] *coni. Bursian*). AVG. gen. ad litt. 2, 14 p. 55, 5 articulos *temporis* ..., quos per -a computamus. soliloq. 2, 6, 12 in -is merulae ... imitatio. MART. CAP. 6, 600 CASSIOD. var. 1, 45, 11. *de -o Athenis in quadam turri collocato, quod construxit Andronicus Cyrrestes (ad rem cf. Diels, Ant. Technik² 172 sq.)*: VARRO rust. 3, 5, 17 orbis ventorum octo, ut Athenis in -o, quod fecit Cyrrestes. **2** *in titulis*: INSCR. Betilieni (CIL I² 1529) 7 de senatu sententia facienda coiravit: ... campum ubei ludunt, -um, macelum (CIL VI 10237 [*a. 16*] quaest(ores) ... mensam quadratam, ... -um, ... columellam sub -o ... d(e) d(ecurionum) s(ententia) posuerunt). CIL VIII 978 (*a. 20 a.*) duovir(i) ... pluteum perpetu⟨um⟩, scholas II, i(tem) -u⟨m⟩ *faciendum curarunt* (X 831 duovir(i) ... scol(am) et horol(ogium) d(e) s(ua) p(ecunia) f(aciendum) c(urarunt)). V 2035 (*aet. Neronis*). INSCR. NSc. 1901 p. 363 Imp. Titus Caesar ... -um cum suis ornamentis terrae motibus conlapsum rest(ituit) (CIL XII 1893 [*saec. I*] -um de su⟨a pec(unia) fec(it)⟩, res p(ublica) a novo res⟨tituit⟩. XIII 7800 [*a. 218*] -um ab horis intermissum et vetustate colabsum suis inpendis restituit. *cf.* X 1617 refec(it)). CIL XII 2522 (*saec. I*) -um cum suo aedificio et signis omnibus et clatris ... et eo amplius ad id -um administrandum servum (*cf. p. 2974, 6*). XIV 3947 (*saec. I?*). II 1685 (*aet. Traiani*). 4316 (*saec. II*) -um col(legio) fabr(um) d(ono) d(edit). VIII 4515 (*a. 237*) -um, quod sua ex sponte ... civibus suis voverant, de suo dederunt et dedicaverunt. 25532 -o ... exornavit idemque dedicavit (25533 XII 535). IX 2324 Iovi d(ono) d(edit) mensam et horolog(ium) (*cf.* XII 3100 deo Nem⟨auso⟩. INSCR. EphEp. VIII p. 156 n. 632 Isi Restitutri(ci) ... aras et -um). *ipsius -i (solarii)*: INSCR. christ. Brit. 181 -um viatorum.

B *distinguitur, definitur*: **1** *-um solarium* (*acced.* solarium *infra l. 63*): VITR. 9, 7, 2 in quibuscumque locis -a erunt describenda, eo loci sumenda est aequinoctialis umbra. PLIN. nat. 2, 187 Anaximenes (*frg. A 14 a D.*) ... primus ... -um, quod appellant sciothericon, Lacedaemone ostendit. 7, 213 princeps solarium -um statuisse ... ad aedem Quirini L. Papirius ... a Fabio Vestale (*II p. 158 P.*) proditur. VVLG. IV reg. 20, 11 *dominus* reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in -o Achaz, retrorsum decem gradibus (*sim.* Is. 38, 8 [*cf.* HIER. in Is. 38, 8 p. 392ᴬ]). MART. CAP. 6, 595 vasa, quae ... -a memorantur, pro locorum diversitatibus immutata componuntur ... umbris *pro locorum diversitatibus diversis* (*de textu et re v. p. 2974, 51*). CASSIOD. var. 1, 45, 2 -um, quod aquis sub modulo fluentibus temperatur et quod solis ... illuminatione distinguitur. 1, 45, 8 -a ..., primum ..., ubi stilus ... per umbram exiguam horas consuevit ostendere ..., secundum ..., quod ... *aquarum* motibus ostendit, quod caelo volvitur. 1, 46, 1 -a cum suis dispositoribus ...: unum, in quo humana sollertia videtur colligi, quod totius caeli noscitur spatia pervagari: aliud, ubi ... aquis guttantibus horarum spatia terminantur. inst. 1, 30, 5 -um ... unum, quod solis claritas indicet, ... alterum ... aquatile, quod die noctuque horarum iugiter indicat quantitatem. 2, 7, 3 -a ..., quae ... solis claritate monstrantur. ISID. orig. 20, 13, 5 -a, quod ibi horas legamus, id est colligamus; est enim in solariis positum, ubi a clavo per lineas currit umbra, ut quamcumque diei horam ostendat. **2** *-um ex aqua* (*acced.* ex aqua *infra l. 84*; aquatile *p. 2974, 7*): VITR. 9, 8, 2 item sunt ex aqua conquisitae ab eisdem scriptoribus -orum rationes, primumque a Ctesibio (9, 8, 4 -orum ex aqua comparationes. 9, 8, 6 his rationibus ... ex aqua componuntur -orum ad hibernum usum collocationes). 9, 8, 11 post frontem -i intra collocetur castellum in idque per fistulam saliat aqua. PLIN. nat. 7, 215 Scipio Nasica ... primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum, idque -um sub tecto dicavit (*cf. p. 2973, 50*). CASSIOD. var. (*p. 2973, 70—76*). inst. 1, 30, 5 aquatile (*p. 2973, 78*).

deriv.: horologiarius. *Lausberg.*

⟨h⟩ōrologō: ⟨h⟩ora⟨m⟩ duco (dico *mavult Niedermann in plagulis*) graece GLOSS. V 127, 27. *i.* ὡρολογῶ.

horōma *v.* horama.

1. hōros *et* **horus** *m.*, ὅρος. RHET. min. p. 590, 10 (*de statibus*) *Graeci appellant* finem ὅρον (*litt. lat. cod.*). PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 247 quid sit -us. 1 quid est -us? -us dicitur interroganti sermone ratio reddita et definita.

2. hōros *m.*, ὧρος. CENS. 19, 6 annum ⟨-on⟩ dici et Graecos annales -ūs eorumque scriptores horographos.

[**hōroscopicus**, -a, -um. *ex coni., var. lect.*: PLIN. nat. *infra l. 46*. FIRM. *infra l. 40*. MART. CAP. *infra l. 50*. FVLG. myth. 1, 13 (= MYTHOGR. 1, 115) *v. s.* orneoscopicus.]

hōroscopium *n.*, ὡροσκοπεῖον (-πιον). [*var. l.*: PLIN. nat. *infra l. 46*. AMBR. *p. 2975, 36*. *e coni.*: *infra l. 43*.] *i. q. horologium (in usu astrol. ut vid.)*: SIDON. epist. 4, 3, 5 tenere ... cum Archimede radium, cum Euphrate -um (*sic codd. pler., ed. Luetjohann*; -pum *codd. LNa.c., ed. Mohr*).

hōroscopo, -āre. *ab* horoscopus *ad exemplum vocis gr. q. e.* ὡροσκοπεῖν *formatum. de astris i. q. in horoscopo (v. l. 55 sqq.) constitutum esse, horoscopum tenere,* ὡροσκοπεῖν (*cf.* ὡρονομεῖν) *sim.*: MANIL. 3, 296 quod quandoque -et astrum. FIRM. math. 5, 1, 5 Ariete -ante (*v. app. crit.*). 6, 31, 17 -ante Marte. 6, 31, 63 his signis -antibus (*ibid.*). 8, 29, 12 -anti ... parti *Aquarii*.

ˣ**hōroscopus**, (-a), -um *et* -os, -on, ὡροσκόπος. *legitur inde a* MANIL. *omnia dedi exempla praeter* FIRM. [*var. l.*: SIDON. *supra l. 25*. *dub. vel corrupt.*: TERT. pall. 3 p. 930 Oe. *bombyx* per aërem liquando araneorum ⌊-is (*sc. telis*) idonius⌋ distendit (⌊ ⌋ *sic post alios Oehler de notione q. e. sub 1 cogitans* [*cf. etiam Geffcken, Kynika u. Verwandtes 1909, 67. 100; de arachne horologiorum genere v. Kauffmann, RE II 367*]; et -i si domus *codd. AB*; *v. app. crit. et cf. vol. VII 1, 229, 77*). FIRM. math. 8, 18 integer ... ⌊-us gnomon⌋ ponendus est (⌊ ⌋ *sic codd.*; horoscopicus g. *vulg.*, -i g. *ed. Kroll-Skutsch* [*cf. vol. VI 2, 2124, 67*]; *an* gnomon *interpol. vel corrupt. pro* gnomone [-us ... ponendus, *cf. p. 2975, 35*]?). *? interpol.*: *infra l. 67*. *e coni.*: RAVENN. p. 11, 14 ⟨ho⟩ros⟨copum⟩ *vel* ⟨ho⟩ros⟨copium⟩ *i. horologium suppl. Schnetz, Philol. 87, 1932, 81, q. v.*]

I *neutr. (et adi. et subst., ut vid.)*: *quod horas indicat, horologium*: PLIN. nat. 2, 182 vasa ... -a (-pia R^2; horoscopica *l* [*def. Kroll, Die Kosmologie des P. 1930, 89 et Campbell, Plin. lib. II 1936, 79. 101; cf. infra l. 50*]; horospica [*sim.*] *rell.*) non ubique eadem sunt usui ... mutantibus semet umbris solis. *inde*: MART. CAP. 6, 595 vasa quae -a (horospica *sim. pars codd.*; horoscopica *Petersen*; *cf. supra l. 46*) vel horologia (horologica *pars codd.*) memorantur. *fortasse*: TERT. *l. 35*. *e coni.*: *v. l. 43*.

II *masc. pro subst.* (*nom.* -os *et acc.* -on: MANIL. *infra l. 67* [*bis*]. *infra l. 69. 71.* 3, 389. 3, 518):

A *significatur ea caeli particula, quae temporis momento, quo quis nascitur, ab oriente emergit in hemisphaerium nostrum (is locus lineae eclipticae, qui partus tempore ab horizonte secatur. explicatur* [*praeter* FIRM.]: MANIL. 2, 826 sqq. 3, 537 sqq. AVG. [*p. 2975, 8*]. SCHOL. Hor. [*p. 2975, 30*]. GLOSS.ᴸ I Ansil. HO 135 horae consideratio qua aliqua nascitur eqs. [aliquis n. vel ali⟨qua⟩ *Niedermann*]. *coniung. adi.* surgens: *l. 69*; nascens: *infra l. 71*; fulgens [*quasi de stella*]: *infra l. 68*. *acced. genet.* nati: *infra l. 68*; nativitatis: *p. 2975, 26*; conceptionis: *p. 2975, 34*. *plur.*: *l. 84 et p. 2975, 7*. *de notione latiore q. e. 'genitura'*: *v. l. 76. 81. p. 2975, 4. 16 et* GLOSS. -us circulus signorum):

1 *in universum*: MANIL. 2, 829 inter Graias -us editur (*sc. vocatur*) urbes. 3, 190 memorant -on (3, 538 [*interpol.?*] -on [-os *var. l.*]). 3, 200 fulgens -us. 3, 205 nati exprimere immenso (immerso *post alios Housman*) surgentem -on orbe. 3, 389. 3, 440. 3, 504 quaerendus ... natalis mundi (*i. exortus caeli*) certoque -us ortu. 3, 518. 3, 608 nascens -os (-us *var. l.*). PERS. 6, 18 geminos, -e, varo producis genio (*cf.* SCHOL. *ad l.*). PORPH. (*p. 2975, 27*). FIRM. math. 2, 14, 3 in eo signo, in quo est -us constitutus (*cf. p. 2975, 27*). 2, 17, 1 loca pigra ... nulla cum -o societate iunguntur. 3, 5, 2 *Sol* in -i cardine pariliter constitutus (*cf. infra l. 77 et 6, 31, 77* occasūs cardinem; *-i i. geniturae vix recte Kroll-Skutsch* [*v. supra l. 64*]). 3, 5, 9 Sol in signo -i constitutus. 4, 22, 20 cum stellarum omnium et -i et locorum omnium ⟨vim⟩ ... collegeris (AVG. civ. 5, 6 p. 198, 17 D. plurimum vis -i valet). 5, 1, 5 si in quocumque -i cardinum Iuppiter fuerit inventus (*i. cardinum qui ab -o computantur* [*cf. p. 2975, 2*]; *-i i. geniturae vix recte Kroll-Skutsch* [*v. supra l. 64*]). 5, 1, 36 in singulis minutis -um statuens. 6, 1, 2 primi ... cardines -um mediumque possident caelum (*aliter p. 2975, 22*). 6, 28, 1 antequam sermo noster ad -orum (horum *trad.*) transferatur exempla. 6, 30, 17 si Sol

[*Hafter*]

... et -us ita sint in genitura collocati ut *eqs.* 7, 2, 2 si Luna in -o fuerit inventa aut in occasu -i (*i. in occasu qui ab -o computatur* [*cf. p. 2974, 80 et ex. gr.* 2, 14, 3 in secundo -i signo]. *cf.* 7, 3, 4 in -o ... aut in occasu ab -o [*sc. computato*; occasu -i (*i. geniturae, v. p. 2974, 64*) *coni. Kroll-Skutsch vix recte*]). *al. ap.* FIRM. ZENO 2, 43, 1 sacri ... -i pandam ... secreta. SCHOL. Hor. carm. 2, 17, 17 (*ad rem v. infra l. 26*) -os suos similes esse. AVG. civ. 5, 2 p. 193, 18 D. caeli particulam, ubi ponitur horae notatio, quem -um vocant. *ibid.* p. 193, 25 ut eadem pars -i maneat. *ibid.* p. 193, 27 -um *mutare* (5, 5 p. 196, 7). 5, 5 p. 196, 22 constellationes fieri diversas propter *diversum* -um (5, 6 p. 198, 24 diverso -o nati sunt). gen. ad litt. 2, 17 p. 61, 7 ad eundem -um, ad eandem lunam. *marmore effictus*: IVL. VAL. 1, 3 promit ... septem ... stellas et -um (*gr.* ὡροσκόπον). *ibid.* -us lygdinus (*gr.* ὡροσκόπον). *nota*: HIER. nom. hebr. p. 59, 26 Mazuroth (*V. T. Iob 38, 32*) ζῴδιον, id est signa -i (*sc. signa quae in -o conspiciuntur; an -i i. q. 'geniturae' [cf. p. 2974, 64]?*).

2 *structurae verbales (selectae)*: *pro subi. habetur*: **a** *-us*: est in: FIRM. math. 6, 30, 1 fuit ... -us in Cancro. *al.* **b** *stella sim.*: est in -o: FIRM. math. 3, 20, 10 Iuppiter in -o fuerit. *al.* habet -um: FIRM. math. 6, 31, 63 si ... haec ... signa habuerint -um. 8, 5, 4. possidet -um (*aliter p. 2974, 83*): FIRM. math. 3, 3, 22 si partiliter -um malivola stella possederit. tenet -um: FIRM. math. 6, 31, 70 si ... Sol ... -um partiliter teneat. **c** *natus*: habet -um in (*cf. var. l. infra l. 32*): PORPH. Hor. carm. 2, 17, 17 (*Hor. ad Maec.*) in quocumque signo ... -um nativitatis meae constitutum (*cf. p. 2974, 73*) habeo, haec intellego, tuo -o convenire. FIRM. math. 8, 31, 2 in hac ... stella quicumque habuerit -um. *al.* (*nonnisi in libro VIII*; *cf.* ibi: 8, 20, 10 qui ibi habuerint -um). SCHOL. Hor. carm. 2, 17, 19 -um, id est horam, qua natus est, in Libra habere. habet in -o: SERV. Aen. 1, 314 multi volunt Aeneam in -o Virginem ... habuisse (-um in Virgine *C*). **d** *astrologus*: inspicit -um: AVG. civ. 5, 5 p. 196, 5 D. non inspecto conceptionis -o. 5, 7 p. 201, 6 -i notati et inspecti ... arte. notat -um: AVG. civ. 5, 7 (*supra l. 34*). ponit -um: AMBR. hex. 4, 4, 14 p. 120, 23 *Chaldaeus* ponit -um (*sic codd. mell.*; -pium *rell.*). *v. etiam p. 2974, 42.*

B *i. q. astrologus qui -um notat* (*nonnisi in explicat.*): SCHOL. Pers. 6, 18 -us est ... qui horas nativitatis hominum speculatur (*sim.* ISID. orig. 8, 9, 27 *plur.*). GLOSS.[L] I Ansil. HO 136 -i: mathematici.

deriv.: horoscopo.

horōsis *v.* horasis. **horrea**, -ae *f. v. p. 2985, 28.* *Haffter.*

horreārius, -ī *m.* *ab* horreum. *scrib.*: orr-: CIL XI 321, 2 (= INSCR. christ. Diehl 591 adn.). PAP. Marini 93, 105 (*saec. VI*). hore-: CIL VI 7289, 4. 9465, 1 XI 1358, 6. (h)orriar-: CIL VI 9463, 3. 30901, 2. *dub.*: CIL XI 321, 2 (*l. 45*). *abbrev.*: h: *p. 2976, 11.* ho: *p. 2976, 10.* hor: CIL VI 221, 9 (*a. 113; v. p. 2976, 9*). 682 (= 30813), 5. 9462[a] (= 13402) I 3. horr: CIL VI 4239, 2. 4240, 2. 9108, 2. 9462 (= 13404), 1. 9462[a] (= 13402) II 12. 9464, 2 (*a. 513*). 9468, 1 IX 1545, 7. horrear: CIL VI 8682, 2. 9467, 3. GLOSS. ἀποθηκάριος. σιτομετάβολος. *legitur inde a* LABEONE dig. [*e suppl. dub.*: CIL VI 33745, 2 (= Dessau 1626). *inscr. falsa*: CIL VI 2378*.]

i. q. horrei privati vel publici dominus, conductor (l. 62. 66), vilicus, administrator, curator sim. (*de -is in cura annonae v. Marquardt, Staatsverw. II[2] 132*): **1** *proprie*: **a** *in univ.*: LABEO dig. 19, 2, 60, 9 rerum custodiam, quam -us (*i. totorum horreorum*) conductoribus praestare deberet, locatorem totorum horreorum -o praestare non debere puto. LEX horr. (CIL VI 33747) 12 (*Nervae aet.?*) ⟨quisquis habens conductu⟩m horreum su⟨a ibi⟩ reliquer(it) et custodi non adsignaver(it), -us sine culpa erit (*suppletur ibid.* 7. 10). CELS. VLP. dig. 10, 4, 5 pr. si nemo heres sit (*sc. conductoris mercium evehendarum, quas in horreo posuit*), cum -o agendum: nam si a nullo ... possidentur *merces*, verum est aut -um possidere aut certe ille est, qui possit exhibere. VLP. dig. 9, 3, 5, 3 -us ... aut conductor apothecae vel qui in hoc ... conductum locum habebat, ut ibi opus faciat vel doceat. CASSIOD. var. 10, 28, 1 (*inter negotiatores publicos titulos administrantes*) capitularios -orum et tabernariorum. *in annona ecclesiae*: GREG. M. epist. 9, 115 p. 120, 25 quae summa eiusdem sitonici ab -is ecclesiae sit suscepta. **b** *de singulis* (*fere servis vel libertis*): CIL VI 235, 6 (*a. 75*) pro salute dominorum genio horreorum Saturninus et Successus -ri donum dederunt. 6292, 1 Felix -us Hipparchi vicarius (6293, 1). 6294, 2. 6295, 2. 7289, 4 Felici Q. Volusi Saturnini -o. 9108, 2. 9460, 4 Ti. Claudius Dapnio -us. 9461, 1 (*a. 530*). 9462 (= 13404), 1. 9462[a] (= 13402) I 3 Syntropus hor(rearius) l(ibertus). *ibid.* II 12 Mystes horr(earius) ⟨l(ibertus)⟩ (*de eodem*: 13405, 2). 9463, 3. 9464, 2 (*a. 513*) record(abilis) m(emoriae) vir Fringyllus horr(earius) v(iri) i(llustris) Festi. 9465, 1. 9466, 2. 9467, 3. 9468, 1. 37797, 3. IX 1545, 7 (*Beneventi*) Concordius co⟨l(oniae)⟩ horr(earius) (*in annona, v. Liebenam, Städteverw. im röm. Kaiserreiche 362, 5*). XI 321, 2 (*Ravennae*). PAP. Marini 93, 105 (*s. VI*) Iuvinus v(ir) h(onestus) -us (*v. Marini ad l.*). -*i domus Augustae* (*v. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten[2] 240; acced.* chortis *c. numero l. 2 et 5*): CIL VI 588, 4 Anteros Caes(aris) -us chortis III (4239, 2. 4240, 2). 682 (= 30813 = Dessau 1623), 5 Maior et Diadumenus Caes(aris) n(ostri) ser(vi) et Crescens Aug(usti) l(ibertus) ... hor(rearii) de h(orreis) C(aesaris) (G(albae) *Dessau. de eisdem*: 30901, 2 -orum chortis II). 8682, 2 Zosimus Caes(aris) n(ostri) ser(vus) horrear(ius). 33746, 5 Primo Caese(ris) ser(vo) -o. XI 1368, 6 (*Lunae*) Abascantus imperatorum -us. -*i vigilum* (*v. Marquardt l. c. 551*): CIL VI 221, 9 (*a. 113; spectat ad coh. V vigilum*) hor(rearius) leg(ionis) (*sic Henzen dubitans*). 1057, 2, 87 (*a. 205; item spectat ad coh. V vigilum*) ho(rrearius) M. Ulpi(us) Irenaeus (*de eodem*: 1058, 2, 4 [*a. 210*] h(orrearius) c(ohortis). *v. Kellermann, Vigilum Roman. latercula ... 1835, 18*).

2 *translate de Christo* (*cf.* horreum *II B 1*): AVG. serm. 169, 12, 15 vis ostendo tibi unde sit tibi *caritas dei*? ipsum interroga -um dominicum. *Stark.*

horreāticus, -a, -um. *ab* horreum (*cf. Stolz-Leumann[5] 230*). *quod in horreo (publico) conditur*: COD. Theod. 11, 14, 3 (= Iust. 10, 26, 3) nulli posthac -as species contingendi copia praebeatur (*cf. 11, 14, 1* [= *Iust. 10, 26, 1*] quae in horreis habentur). *Haffter.*

horrendus *v.* horreo *p. 2981, 71.*

[**horrentia**, -ae *f.* *falso coni.* TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 26.]

*****horreo**, -uī (*v. l. 26*), -ēre. [*cf. sanscr.* hárṣatē, hṛṣyati *'rigescit, horret', hibern.* garb *'asper', anglosax.* gorst *'genista' et* herna, hircus, hirsutus *etc. J. B. H.*] h *testantur* CASSIOD. gramm. VII 202, 7 (*ex Eutyche*). GRAMM. suppl. 299, 1. *formas stirpis perf. afferre hic malui quam s.* horresco, *separavi tamen a ceteris* (*l. 64. p. 2977, 5. 39. 74. 2978, 83. 2979, 19. 45. 2980, 3. 73. 2981, 15. 19. 38. 48. 57*); *de usu v. infra l. 48*; *cf.* CHAR. gramm. p. 330, 3 B. 'horresco -ui' ... ex eo quod est '-o -ui'. DIOM. gramm. I 343, 30 nec ... 'horrescui' dicimus. 344, 1. *part. gen. pl.* -entum: SER. SAMM. 689 PAVL. PETRIC. Mart. 5, 321. *formae passivi i. 'timeri'* (*ad II B 1 b α [p. 2980, 23]; aliter infra l. 55*) *sim.* (horrendus *v. p. 2981, 71*): HERM. Pal. sim. 6, 2, 5 AMBROSIAST. in Col. 2, 11/12 p. 430[A] AVG. civ. 8, 14 p. 343, 5 D. 15, 16 p. 93, 9 c. Iul. op. imperf. 4, 37 p. 1357 serm. 26, 7, 8 spir. et litt. 6, 9 p. 161, 13 PS. AVG. quaest. test. I 110, 6 p. 273, 20. ROMVL. fab. 33 pr. rec. gall. (*v. app. crit.*). SIDON. epist. 7, 9, 10 DRAC. Romul. 5, 61. 90. 8, 61 CASSIOD. in psalm. 118, 121. NOT. Tir. 74, 94 -et. *de notione*: CHAR. gramm. p. 389, 27 B. '-et' corpus, 'trepidat' motus animi. DIOM. gramm. I 343, 4 '-o', id est in horrore sum. FVLG. Virg. cont. p. 96, 4 misio ... Graece -o (obruo *codd.*) dicitur (*cf.* p. 106, 5 misonepos ... -ens sermonem). ISID. orig. 14, 9, 8 ταρταρίζειν ... -ere et tremere ... legitur. GRAMM. suppl. 254, 2 '-o' est metuo ... et '-o' est despicio. SYNON. Cic. p. 421, 15 B. deforme (*eqs.*) ... turpe, -ens *eqs.* 447, 21 veretur, timet, metuit, formidat, -et *eqs.* GLOSS. φρίσσω, φρίττω. expavescit. sordet, squalet. ἔφριξεν, ἐφοβήθη. GLOSS. IV 524, 54 -entibus: densis. *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, *in prosa inde a* CIC.; *occurrunt formae stirpis perf.* (*v. supra l. 26*) *inde a* CIC.; *cf. p. 2983, 57 sqq.* *verbum deest e. g. apud scriptores hos*: CATONEM, RHET. Her., SALL., NEP., VITR. (horresco *semel*); *singulis locis habent e. g.* VARRO, CAES. *attuli omnes locos praeter p. 2980, 26—57. 73—2981, 4.*

[*dub. vel falso trad.*: VARRO Men. 554. VERG. Aen. 10, 237 (*MR*, ardentis *P*). LVCAN. 8, 402 (audet *var. l.*). CORIPP. Ioh. 2, 487 -entur visis (terrentur *vulg.*, horrescunt *Petschenig*; *irrepsit fort. ex* 486 -bant; *usum transitivum i. 'terrere'* [*cf. vol. V 2, 1440, 3; aliter supra l. 32*] *statuere non ausim*). MAXIM. eleg. 1, 202 (narrat *M*). *e coni. dub.*: PLAVT. Truc. 934 SEN. Herc. O. 1590. TERT. nat. 2, 7 p. 107, 11 (erratis *cod.*). *supplemento dub.*: CE 2043, 6 (= INSCR. christ. Diehl 1787) horren⟨...⟩. *contextu incerto*: CVLEX 371 SEN. Herc. O. 727 TERT. scorp. 9 p. 165, 19. *dub. interpr.*: MAECEN. carm. frg. 6 (*de cultu Cybelae*) latus -at flagello (*'verberum ... et multitudo et crebritas hoc verbo depictae sunt' Lunderstedt, De C. Maecen. frg. 1911, 60*). ITIN. Alex. 34 si statio -uisset (*i. 'horrorem fecisset' ad p. 2978, 83?*).]

i. q. φρίσσειν (*formas stirpis perfectae ubique seorsum attuli [v. supra l. 26]; ubi nihil adnotavi, formae stirpis praesentis usurpantur*):

I ***de asperitate, rigore, turpitudine*:**

A ***corporaliter de specie externa*** (*in imag. p. 2977, 15. 51. 2978, 7 al.*): **1** *spectat ad superficiem tactu asperam, hirsutam, hispidam* (*subintellegitur fere species densa, v. supra l. 47. p. 2977, 45; cf. p. 2978, 13*): **a** *de telis, armis* (exercitu *infra l. 78*, classibus *p. 2977, 1*; *de locutione cf.* MACR. Sat. 6, 4, 6 *et Vahlen ad Enn. ann. 393; v. et p. 2977, 18*): ENN. ann. 285 densantur campis -entia *tela* virorum (SIL. 1, 527). frg. var. 14 sparsis hastis longis *campus* splendet et -et (*versum deformat* LVCIL. 1190 -et et alget. *cf.* PANEG. 2, 35, 6 campus -bat exercitu). VERG. Aen. 10, 178 -entibus hastis (armis *P*). 11, 488 thoraca indutus aenis -bat squamis *Turnus* (*cf. p. 2977, 59*). 11, 602 ferreus hastis -et ager (*male* SERV. terribilis est). 12, 663 strictis ... seges mucronibus -et ferrea. PS. VERG. Aen. 1, 4 (*nisi ad C*) -entia Martis *arma* (VAL. FL. 6, 524 STAT. Theb. 2, 385). HOR. sat. 2, 1, 13 -entia pilis agmina. LIV. 44, 41, 6 *phalangis* intentis -entis (*ed. pr.*, -endis *cod.*) hastis. SEN. Ag.

[*Ehlers*]

221 classibus ... -ens fretum. VAL. FL. 1, 486 Acastum -entem iaculis. SIL. 8, 570 Bruttius (*eqs.*) ... -bat telis (*cf. p. 2978, 62*). VAL. FL. 3, 87 densis thoracibus -ens stat manus. AMM. 24, 2, 5 *hostes* -entes indutibus rigidis. CORIPP. Ioh. 4, 557 nexis umbonibus -ens *acies*. *perf.*: VERG. georg. 2, 142 nec galeis densisque virum seges -uit hastis *in Italia* (*male* SERV. non placuit).

b *de pilis, saetis, capillis sim.* (*in imag. infra l. 15*): *α generatim* (*spectatur interdum habitus incultus, squalidus [cf. sub 3, infra l. 84; nota p. 2978, 3]; in bonam partem infra l. 21; acced. acc. graecus infra l. 28* [*cf. p. 2978, 2. 2979, 55*]): LVCR. 5, 25 -ens Arcadius sus. VERG. Aen. 1, 634 -entia (*male* CLAVD. DON. pro 'admirandis') ... terga suum (OV. met. 8, 428 rigidis -entia saetis terga *apri*. STAT. Theb. 10, 647 *leonis*). 9, 306 leonis exuvias. HOR. epod. 5, 27 *Sagana* -et capillis ut marinus asperis echinus ⌊aut currens aper⌋ (*cf.* AVSON. 415, 11 p. 274 P. aut versus mei). TIB. 2, 3, 23 -ere sacros doluit Latona capillos *Apollinis* (TAC. Germ. 38, 2 PLIN. epist. 7, 27, 5). OV. met. 8, 285 (*interpol.?*) saetae *apri* similes ... hastilibus -ent (NEMES. ecl. 3, 31 *in pectore Sileni*). 13, 846 rigidis -ent densissima saetis corpora *Polyphemi* (CLAVD. carm. min. app. 2, 109 *apri*). fast. 2, 348 -bant densis aspera crura *Fauni* pilis. MANIL. 5, 150 membra. GERM. 149 iubas *leonis* (SEN. epist. 124, 22 -bit in leonum cervice formonsior *quam in homine*). SEN. Herc. f. 468 comae *Herculis* (Herc. O. 789 Tro. 884. AMM. 16, 12, 36 fluentes -bant. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2, 3 incomptis et -entibus). COLVM. 8, 2, 10 plumis. PETRON. 99, 5 barbis. PLIN. nat. 2, 89 *cometas* -entes crine sanguineo *eqs.* SIL. 1, 404 galeros. 1, 628 coni. 4, 558 -et thorax ... pellibus ursae. 5, 441 squalore hic *Othrys* hispida diro et villosa feris -bat pectora saetis (hinc [hic *V*] ... -bant *var. l.*, huic ... -bant *vulg.*). 16, 451 cristis -ens ... cassis. STAT. Theb. 1, 484 impexis ... iubis -ere leonem. 11, 364 cristas. VEG. mulom. 1, 3 -entibus pilis (*Chiron 169* pilo horribili). HIER. epist. 14, 10, 3 squalidi capitis -et inculta caesaries. CLAVD. carm. min. 24, 1 apex capitis *locustae*. PAVL. NOL. epist. 22, 2 p. 155, 12 ciliciis. CONST. Sirmond. 8 med. (*v. app. crit.*). *β de capillis commotione animi* (*cf. p. 2979, 46 sqq.*) *erectis*: VARRO ling. 6, 45 cum ... tremunt ..., cum etiam in corpore pili, ut arista in spica hordei, -ent. SEN. Herc. O. 707 erectus -et crinis (SCHOL. Stat. Theb. 10, 607 furore divino). Oed. 230 comas (STAT. Theb. 2, 544 *stupore*). dial. 3, 1, 4 -ent ac subriguntur capilli *iratis*. PLIN. nat. 8, 150 -entibus ... villis *canis*. *perf.*: OV. fast. 2, 502 -uerunt ... comae. HIER. interpr. Iob 4, 15 capilli (*Vulg.* inhorruerunt pili).

c *de herbis spinosis* (*cf. supra l. 5. 36. p. 2978, 16; aliter infra l. 60. p. 2979, 59. 2980, 3; respicitur nimirum etiam sterilitas vel species tristis, v. p. 2978, 40; in imag. l. 51*): VERG. georg. 1, 151 *ut* segnis ... -ret in arvis carduus (SERV. auct. abundaret. PRVD. cath. 8, 44 c. Symm. 2, 985). 3, 315 rubos (SEN. Phoen. 20 SER. SAMM. 689). Aen. 8, 654 Romuleo ... -bat regia culmo. COLVM. 10, 240 spinis ... -et *cinara*. AVIEN. ora 136 dumos (AVIAN. fab. 19, 1 *opp.* abies pulcherrima). AVG. grat. Christ. 18, 19 p. 140, 16 (*verba Pelagii*) quae *radix* possit ... vel nitere flore virtutum vel sentibus -ere vitiorum.

d *de mari exasperato, fluctuante*: ACC. trag. 413 (Non. p. 422, 32) tristes turbinum ... hiemes, mare cum -et fluctibus.

e *de variis rebus exstantibus*: VERG. georg. 3, 161 campum -entem (*per prolepsin, vix ad p. 2978, 15*) fractis invertere glaebis. Aen. 6, 419 *Cerbero* -ere ..., iam colla colubris (VAL. FL. 6, 175 *aegida. cf.* CVLEX 221 *Cerbero* anguibus ... -ent [*Itali*, arent *codd.*] ... colla. SEN. Herc. f. 786 viperis -ent iubae). 11, 754 arrectis ... -et squamis *serpens* (OV. epist. 12, 103 crepitantibus. *cf. p. 2976, 80*). OV. met. 10, 191 lilia ... fulvis -entia (*Riese*, haer- *codd.*) linguis. PACIAN. paraen. 9 p. 118 unguibus manus -entes.

f *de asperitate in univ.*: PRVD. ham. 325 quid lene, quid -ens *foret*.

2 *spectat ad ipsius subiecti rigorem vel duritiam*: **a** *in univ.*: PLIN. nat. 14, 13 adminiculatae sudibus -ent *vites*. ARNOB. nat. 4, 7 p. 146, 24 -enti ... fascino *Tutuni*. CAEL. AVR. chron. 2, 5, 87 palpebrarum impossibili atque -enti positione (*cf. acut. 2, 10, 59*).

Ⓑ -*a Constantinopolitana* (*cf. p. 2987, 36*): NOT. urb. Const. 6, 15 sqq. -a Troadensia. -a Valentiaca. -a Constantiaca. 10, 6 -a Alexandrina. 10, 9 -um Theodosianum. 16, 29 -a quinque. COD. Theod. 13, 5, 32 (= Iust. 11, 2, 4) augustissimae urbis (*cf. l. 51; v. et supra l. 20*). 14, 16, 2 (= Iust. 11, 24, 1) publicis (15, 1, 38. COD. Iust. 11, 25, 2 pr. [*a. 392*] huius almae urbis. *cf. p. 2987, 84*). 14, 17, 7.

Ⓒ -*a provincialia et militaria* (*de aedificiis vice -orum fungentibus infra l. 56. 84*): CIC. Verr. II 3, 178 in tuis -is omne frumentum Siciliae ... atque omnes fructus agri decumani fuisse. CAES. civ. 3, 42, 3 *Caesar* -a constituit vecturasque frumenti ... civitatibus discripsit. LIV. 22, 23, 9 *Hannibal* in usum -orum pauca reliquerat tecta *Gereonii.* 24, 21, 11 (*cf.* 12) -a publica *in Sicilia* (COD. Theod. 7, 4, 32. *cf. p. 2987, 84*). 29, 22, 3 armamentaria et -a bellique alium apparatum. 44, 9, 11 eligi -is opportuna loca. 44, 22, 8. VAL. MAX. 9, 3, 7 -a custodibus remotis opportuna rapinae praebuit. FRONTIN. strat. 3, 15, 4. TAC. Agr. 19, 4 adsidere clausis -is et emere ultro frumenta ... cogebantur *Britanni.* ann. 2, 59, 1 *Germanicus* levavit ... apertis -is pretia frugum (*in Aegypto*). 15, 16, 1. PLIN. paneg. 31, 6 stupebant agricolae plena -a (*in Aegypto*). TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 -orum librarii. VOPISC. Prob. 14, 1 agros et -a et domos et annonam Transrhenanis omnibus fecit. TREB. Gall. 4, 1. AVSON. Mos. 457 securis non castra, sed -a Belgis. AMM. 24, 1, 15 *milites* virtutis suae -a repperisse existimantes (*cf.* 29, 5, 10). 28, 1, 17 Carthaginiensibus ... ex -is Romano populo destinatis frumentum venumdedit. *al.* VEG. mil. 3, 3 fidelis -orum custodia et erogatio moderata (COD. Theod. 12, 6, 33 c. curamque. 12, 10, 1 [= Iust. 12, 52, 2 pr.]). COD. Theod. 7, 4, 1 procuratores seu susceptores vel praepositi pagorum et -orum (PAP. Wessely p. 9 n. 21 prepositis -orum. *cf.* INSCR. Dessau 9124 [*Brit.*] ⟨pr⟩aep(ositus) cu⟨ram⟩ agens ⟨h⟩orr(eorum) [*v. Stein, Die kaiserl. Beamten u. Truppenkörper im röm. Deutschland ... 58, 95*]. *v. et supra l. 23*). 7, 4, 5 expeditionalem annonam ex -is milites ... debent suscipere. 7, 4, 16 (= Iust. 12, 37, 5) fiscalibus (12, 6, 16 [= Iust. 10, 72, 6]. *cf. p. 2987, 83*). 11, 27, 2 *proconsules egentibus* ex -is substantiam ... tribuant competentem. 15, 1, 37, 1 (= Iust. 8, 11, 13, 2 *a. 398*) -orum ... vel stabulorum fabricas ... provinciarum iudices ... adripiant. *al.* CASSIOD. var. 3, 41, 2 de Massiliensibus -is. 10, 27, 2 ex -is Ticinensibus atque Dertonensibus (12, 27, 2). 10, 27, 3 ex Tarvisiano atque Tridentino -is. COD. Iust. 1, 40, 15, 1 (*a. 471?*) praetorium ... suscipiendis ... speciebus publicis -orum vice ... deputetur.
[*Stark*]

al. CIL II 2991 genio tutelae -orum. 3222 (= 6340; *a. 387*). III 4180 (*a. 349?*). 6738 (*a. 119/138*) -a imp. Caesaris divi Traiani Parthici (12129). 10875. VII 732 (*a. 225*). VIII 619 proc(urator) ad solaminia et -a. 8836 (*a. 304*) -a in Tubusuctitana ⟨civitate fieri⟩ praeceperunt. 9669 -a fortia et felicia. 19852 -a ad securitatem populi Romani pariter ac provincialium constructa. IX 5159 (*Truenti*). XI 357 (*Arimini*) genio Larum -i Pupiani. XIII 7441. 7749. 11540 disp(ensator) hor(reorum) (11802 genio horr⟨ei⟩ ... disp. h⟨orrei⟩).

(II) *apud exteras gentes*: LIV. 31, 23, 7 -a regia (*Philippi*). 31, 33, 6 Dassaretiorum. VVLG. gen. 41, 35 quintam partem fructuum ... congreget in -a *praefectus Pharaonis* (*item apud Aegyptios*: 41, 47 -a Aegypti. 41, 56 aperuit ... Ioseph universa -a. 47, 22 -is publicis. SVLP. SEV. chron. 1, 11, 8). II Esdr. 13, 12 omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini et olei in -a (*item apud Iudaeos de apothecis templi*: Mal. 3, 10 inferte omnem decimam in -um [*cf.* HIER. in Mal. 3 p. 1570^D in -a, hoc est in thesauros templi]. 13, 13. II par. 31, 11 in domo domini).

(III) *in ecclesia christiana*: LIB. pontif. p. 163, 3 *Sabinianus* ⟨iussit⟩ aperire -a ecclesiae (GREG. M. epist. 1, 42 p. 62, 8. 9, 115 p. 120, 16 [*v. Hartmann ad l.*]). GREG. TVR. Franc. 4, 34 p. 169, 18 (*cf.* 23) expellentes monachi *Burdigalenses* de -a anonas. GREG. M. epist. 1, 42 p. 64, 17.

b *-a specialia* (*cf. quae monui p. 2985, 49*): α *conduntur varia cibaria*: HOR. carm. 3, 28, 7 deripere -o ... amphoram (*de apotheca vini, item*: SEN. epist. 114, 26 veteraria nostra et plena multorum saeculorum vindemiis -a. SCAEV. dig. 33, 7, 7 -um vinarium cum vino et vasis et instrumento et institoribus. 33, 9, 7 *si* sint ... in -is amphorae. VLP. dig. 33, 7, 12, 39 [*ex Papin.*]. PAVL. dig. 18, 1, 76 pr. dolia in -is defossa. COD. Iust. 4, 48, 2, 1 [*a. 223*]. *cf. p. 2985, 49. 2988, 26*). COLVM. 2, 10, 2 *lupinum* non desiderat requiem in -o (PALLAD. 7, 3, 2 longe ab umore est ponendus in -is *lupinus*). 2, 10, 16 *lens* recondatur, si maior est modus, in -o. 9, 1, 8 *cicer* ... nec minus hordeum et cicercula condita ex -o promantur (PLIN. nat. 18, 308). 12, 15, 2 *vasa ficis repleta* in -um siccissimum reponi *oportet*. 12, 52, 3 pensile (*cf. p. 2985, 77*) -um, quo importentur fructus (*sc. oleae. cf.* NOT. urb. Const. 6, 13 -a olearia. *v. et p. 2985, 49. 2988, 26*). PLIN. nat. 18, 127 *rapiciorum* in -is enecatorum. VLP. dig. 33, 9, 3, 11 -i penuarii vel cellae penuariae. PROSP. chron. I p. 417, 516 -a piperataria (*Romae*). CASSIOD. var. 12, 12, 2 subterraneis -is ... congregata *forma casei*.

β *conduntur variae res sive neglectae (l. 53) sive custodiendae (l. 46. 54), tuendae (l. 61) sim.* (*agitur in* DIG. *fere de -is conductis, v. Fiechter l. c. et Herdlitczka, RE Suppl. VI 387; huc fort.*: PLIN. epist. 2, 17, 13 apotheca et -um): LABEO dig. 19, 2, 60, 6 locator -i propositum habuit se aurum, argentum, margaritam non recipere *eqs.* 19, 2, 60, 9 rerum custodiam ... locatorem totorum -orum horreario praestare non debere (VLP. dig. 36, 4, 5, 22 *ut* habitationem conducat vel -um ..., in quo res *hereditariae* collectae custodiantur. COD. Iust. 4, 24, 9 [*a. 293*] in -is, quibus et alii solebant publice uti. 5, 38, 3 [*a. 245*] res pupillares). COLVM. 1, 6, 7 -um, quo conferatur omne rusticum instrumentum, et intra id ipsum clausus locus, quo ferramenta recondantur. PLIN. epist. 8, 18, 11 tantum ... pulcherrimorum operum (*sc. statuarum*) in -is, quae neglegebat. IAVOL. dig. 32, 84 quae custodiae causa in -is extra urbem reposita sunt. CELS. Vlp. dig. 10, 4, 5 pr. si quis merces ... in -o posuit (GAIVS dig. 41, 1, 9, 6 PAPIN. dig. 18, 1, 74). MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 4 pondus argenti, quod in illis -is habeo (PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 in domo vel intra -um. APVL. met. 4, 18 -um, ubi ... a. copiosum recondi viderat. *cf.* VLP. dig. 2, 13, 6 pr. *v. et l. 45*). SCAEV. dig. 20, 4, 21, 1 *negotiator marmorum* conductor -orum Caesaris fuit. 33, 7, 20, 8 crabattus argento inaurato tectus ... in -is ... conditus *est* (*infra*: quo tutiore loco haberetur, ... in -o allatus). 40, 7, 40 pr. *hereditatem spoliavit* apertis clam -is sublatisque suppellectili et veste et apothecis exhaustis. PAVL. dig. 1, 15, 3, 2 in insulis in -isque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt *eqs.* APVL. met. 3, 28 -um ... claustris obseptum ..., quod mediis aedibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum (5, 2 -a ... magnis ... congesta [*i. conferta*] g.). 8, 22 rationes et quicquid -o reconditum continebatur. ITALA Ezech. 28, 13 (Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 349, 1) auro replesti -a tua et thesauros tuos (ἀποθήκας, *Vulg. aliter*. IVST. 33, 1, 3 *Perseo belli sumptus* in th. et -is erat). LAMPR. Alex. 39, 3 -a in omnibus regionibus publica fecit, ad quae conferrent bona hi, qui privatas custodias non haberent. REG. urb. p. 7, 3 -a chartaria (*Romae*). FORMA urbis (CIL VI 29844) frg. 35 h⟨or⟩rea candelaria. *iocose de bibliotheca*: SEN. epist. 45, 2 quoscumque *libros* habeo, mittere paratus sum et totum -um excutere.

iuncturae ad 1: 1) *ad usum pertinentes*: -um candelarium: *supra l. 74*. chartarium: *supra l. 73*. frumentarium, frumenti: *p. 2985, 81. 82*. olearium: *supra l. 36*. penuarium: *supra l. 38*. piperatarium: *supra l. 39*. vinarium: *supra l. 26*. 2) *ad formam pertinentes*: -um mobile: *p. 2985, 82*. pensile: *p. 2985, 77. supra l. 35*. subterraneum: *supra l. 39*. 3) *ad possessorem pertinentes*: -um fiscale: *p. 2986, 18. 77. cf. p. 2988, 16*. privatum, privatorum: *p. 2986, 1. 2*. publicum: *p. 2986, 21. 50. 57. 2987, 12. 72*. *adde*: OPTAT. 3, 4 p. 83, 20. *cf. p. 2987, 49*.

2 *usu dilatato de eis, quae speciem -i prae se ferunt*: a *de regionibus*: α *de oppidis regionis frumentum colligentibus*: CIC. leg. agr. 2, 89 Capuam ... cellam atque -um Campani agri esse voluerunt. LIV. 21, 48, 10 *Clastidium* -um fuit Poenis. 26, 32, 8 -um atque aerarium quondam populi Romani *Syracusae* (*i. e. Sicilia, v. Weißenb.-M. ad l. et Cato dict. 72 [vol. III 761, 16]. cf. sub β*). 26, 43, 8 haec illis (*Carthago Nova Poenis*) ara, hoc -um, aerarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. β *de terris fertilibus* (*cf. l. 7*): CIC. leg. agr. 1, 21 subsidium annonae, -um belli (*de agro Stellate et Campano ut*: 2, 80 fundum pulcherrimum populi Romani, ... subsidium belli, ... -um legionum. LIV. 7, 31, 1 ad varietates annonae -um populi Romani). LIV. 37, 27, 1 *Chius* erat -um Romanis. SALV. gub. 6, 68 Sardinia ac Sicilia, id est fiscalibus -is.

b *iocose de asino cibariis onusto*: APVL. met. 8, 28 ut duplici ... sarcinae pondere gravatus (*sc. cibariis et statua deae*) et -um simul et templum incederem.

3 *metonymice de rebus in -o congestis* (*transeunt huc*: COLVM. 7, 9, 8 *non* parcetur -is. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 14 de ... -is vivens. uxor. 2, 4 [*p. 2986, 5*]; *falso huc trahitur* RVT. NAM. 1, 149 [*p. 2985, 64*]): a *de frumento*: PLIN. nat. 22, 120 Sex. Pomponius ... cum -is suis ventilandis praesideret. CORIPP. Ioh. 7, 238 *milites* omnia per latos convectant -a campos. b *de aliis cibis*: VVLG. II par. 11, 11 *posuit in civitatibus* ciborum ... -a, hoc est olei et vini (אֹצְרוֹת).

B *vi latiore de quibuslibet receptaculis, cellis sim.*: 1 *per similitudinem de penoribus bestiarum*: VERG. georg. 1, 182 mus sub terris posuitque domos atque -a fecit. 4, 250 floribus -a texent *apes* (SERV. auct.: spatia alveariorum. PS. QVINT. decl. 13, 5 p. 251, 18 *ut* caelestes aquas ad -um ferre possent. EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950^A sapienter -a mellis aedificant [τὰς ἀποθήκας τοῦ μέλιτος]). OV. trist. 5, 6, 39 terrena sub -a ferre ... formicae grana reperta solent.

2 *usu audaciore*: a *de folliculo, gluma frumenti*: MANIL. 5, 287 seminibus ... suis cellas atque -a praebet *spica*. b *de ventre*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 6 Cererem frumenti datricem -a ventris incolere. c *de uberibus*: RVFIN. Clement. 8, 25 *pecus natum* nullo docente scit, ubi alimoniae suae -a requirat. APON. 10 p. 197 *ut* -a lactis nascituro in augmentum uberum construantur. d *de receptaculo aquae, fonte* (*pro gr.* ταμεῖον): EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 896^C ut umor in multis ac diversis ... -is conderetur. 4, 3 p. 904^B -a, de quibus tam largiter effunditur *aqua*.

II *per comparationem, imaginem, metaphoram*:

A *generalia* (*proverbialiter per compar. 'paratacticam' q. d. l. 53*): FRONTO p. 105, 26 N. tunc in te eximiam indolem fuisse, nunc summam virtutem; frugem tunc in segete florentem, nunc messim perfectam et -o conditam. TERT. adv. Val. 31 p. 206, 20 ubi Achamoth totam massam seminis sui ... colligere in -um coeperit (*cf. Iren. 1, 7, 1*). CASSIOD. var. 11 praef. 8 aegrescit ... ingenium, nisi iugi lectione reparetur; cito expenduntur -a, quae assidua non fuerint adiectione fulcita.

B *specialia* (*per compar. infra l. 71. p. 2989, 10*): 1 *de caelo vel ecclesia (l. 78) loco electorum dei* (*usus pendet potissimum ex* VVLG. Matth. 3, 12 [*cf.* Luc. 3, 17] congregabit triticum in -um *Christus* [ἀποθήκην. *interpretatur* OP. imperf. in Matth. 3 p. 655 -um ... *est* regnum caeleste]. 13, 30 triticum ... congregate in -um meum [ἀποθήκην]): TERT. praescr. 3, 9 avolent ... paleae levis fidei ..., eo purior massa frumenti in -a domini reponetur (*cf.* CYPR. epist. 54, 3 p. 622, 19 dominicis -is). CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 22 hospitium carceris -um conputatis. OPTAT. 7, 3 p. 170, 5 *Christi* erit eligere, quid condat in -o. AMBR. Nab. 7, 33 p. 486, 11 aeterna (PROSP. c. coll. 13, 5 PETR. CHRYS. serm. 42 p. 318^C. *cf.* CONC.^S II 4 p. 6, 1 aeternitatis). HIER. tract. in psalm. I p. 284, 18 (*ad Matth. 6, 26*) *monachi* non habent -a, sed -orum dominum *Christum*. PRVD. apoth. praef. 2, 53 det ventilabro lecta quaeque ut -is *deus*. c. Symm. 2, 1060 rediguntur in -a fructus, -a ... non umquam obnoxia furi, nam caelum fur nullus adit *eqs.* AVG. epist. 142, 3 p. 249, 14 ad -um futurum pertinemus. in epist. Ioh. 5, 13 *ut* -um vobis praeparet tamquam frumentis *agricola sc. dominus* (serm. 362, 2, 2 sicut frumento. *cf.* PS. AVG. serm. cod. Guelf. app. 3, 4 p. 180, 69). in euang. Ioh. 10, 9. 40, 10 serm. 181, 5, 7. 214, 11 in novissima ventilatione massa -is debita declarabitur. 216, 3, 3 caelestibus ... -is. *al.* PS. AVG. serm. 311, 1. EPIST. pontif. 387 Conc.^S I 2 p. 91, 11 *ut* Christi dei nostri -is triticum adgregetur. SALV. epist. 1, 11 p. 203, 17 recipite in sacra -a *adulescentem*, aperite caelestes thesauros (*i. communionem ecclesiae*). 2 *de abundantia, copia*: AMBR. Ioseph 13, 79 p. 120, 2 (*ad gen. 41, 56 p. 2987, 12*) qui (*Ioseph i. e. Christus*) aperiens -a sua spiritalis gratiae donet omnibus ubertatem (*magis proprie*: CASSIOD. var. 11, 2, 2 [*ad Matth. 6, 11 Luc. 11, 3*] necessariam nobis copiam de abundantiae suae -is largiatur). Nab. 7, 36 p. 487, 15 bona sunt, si aperias -a iustitiae tuae, ut sis panis pauperum *eqs.* (AVG.

[*Stark*]

pecc. mer. 2, 5, 6 p. 76, 22 *apud creatorem* -um eius et fons eius est. serm. 179, 5, 5 [*ad Matth. 5, 6*] de isto fonte, de isto -o i. ... Maria ... micas accipiebat). 7, 37 p. 488, 7 habes apothecas inopum sinus (*eqs.*) ...: istae sunt apothecae, quae maneant in aeternum, ista -a, quae fecunditas futura non destruat. **3** *de penetralibus mentis, memoriae sim.*: RVFIN. Orig. in iud. 7, 2 p. 506, 6 accidit, ut aliquis ... repleverit -a sua iustitiae frugibus et multa bona opera recondiderit in conscientiae suae conclavi. *ibid.* p. 506, 13 quae ... fuerant in -a conscientiae congregata. AVG. in euang. Ioh. 23, 11 quod memoriae commendasti, in abdito reconditum quasi in -o, quasi in thesauro *eqs.* VAL. CEM. hom. 6, 8 *qui* -a pectoris sui seminibus divinae institutionis impleverit (ENNOD. epist. 9, 6, 1 p. 232, 12).

deriv.: horrearius, horreaticus, horreolum. *compos.*: posthorreum. (*cf.* ὀρρεοπραιποσιτία.) *cf. Onom.*

horreus, -ī *m. v. p. 2985, 31.* *Stark.*

***horribilis,** -e. [*ab* horrere. *J. B. H.*] h *testatur* GRAMM. suppl. 299, 1. *? gen. pl. neutr.* -iorum: *p. 2990, 9. compar.* -ior: CIC. Quinct. 95. CAES. (*infra l. 35*). AVG. civ. 3, 17 p. 122, 32 D. *al.* BOETH. cons. 4, 1, 6 W. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 p. 838^B. *cf.* magis -is (MELA 1, 74 quam ut). *superl. deest; cf.* nimis (PASS. Thom. p. 152, 13), nimium (AVG. civ. 1, 15 p. 26, 20 D.), prorsus -is (APVL. apol. 63). NOT. Tir. 74, 98. GRAMM. suppl. 254, 3 '-is' i. metuendus. DIFF. ed. Beck (*p. 2981, 80*). SYNON. Cic. p. 430, 5 B. GLOSS. φρικτός. φοβερός, ἀπότομος. infinitum. *legitur inde ab* ACC., VARRONE, CIC.; *attuli omnes locos praeter infra l. 56—81.* [*fals. interpr.*: VVLG. Iob 20, 25 venient super eum -es (אֵמִים '*terrores*'; *gr.* φόβοι).]

I *vi passiva*: **A** *generatim i. q. horrorem efficiens, horrendus* (*fere de timore, taedio sim.* [*pressius opp.* tremendus *infra l. 43*; *opp.* venerabilis *infra l. 54*]; *de horrore sacro infra l. 81*): **1** *de hominibus, deis* (*vultu infra l. 38, nomine infra l. 44*): CIC. Catil. 1, 11 hanc tam taetram, tam -em (terribilem *V*) tamque infestam rei publicae pestem (*Catilinam*). 4, 8 custodias. Sull. 59 hominum genus -e et pertimescendum. CAES. Gall. 5, 14, 2 (*interpol.?*) *Britanni vitro infecti* hoc -iores (β, horridiores α) sunt in pugna adspectu. HOR. carm. 1, 29, 4 Medo (SCHOL. forti, crudeli). SEN. Med. 191 monstrum ... saevum, -e (*Medeam*). TERT. ieiun. 7 p. 283, 21 deo miserabilis, leonibus ... -is *Daniel.* SER. SAMM. 136 vultus *elephantiosi* (*cf.* PASS. Thom. p. 152, 13 nimis ... erat in [*del. Ord.*] aspectu -is *elephantiosus*). FIRM. math. 3, 4, 13 praepotentes, -es duces (*cf. 8, 20, 9* terribilis). 6, 32, 11 patrem laboriosum, sordidum, -em, tristem (*cf. 10* terribilem). SERV. Aen. 7, 669 'horridus *Aventinus*': tremendus, non re vera -is (*utpote 'pulcher'*). VVLG. I par. 16, 25 *deus* (*cf.* Soph. 2, 11 dominus. Mal. 1, 14 nomen *dei*). Hab. 1, 7 -is et terribilis *gens.* PRVD. ham. 449 principis Assur. CLAVD. 1, 78 Metus (*personatus*). 5, 359 -es (*E*, -i *C*, -is *sc. 'lamina' cett.*; *v. Birt, praef. 109*) visu *equites.* 15, 98. SVLP. SEV. Mart. 17, 5 daemonium.

*2 *de bestiis* (*partibus corporis l. 51 et 54*): VERG. georg. 4, 442 *Proteus transformat se in* -em ... feram (*cf. 407 sq.*). CIRIS 80 -es circum vidit se sistere formas. HOR. carm. 2, 19, 24 Rhoetum retorsisti (*Bacchus*) leonis unguibus -ique mala (-emque *Trendelenburg al.*; -isque *Bentley coll.* SCHOL. maxilla metuendus). APVL. met. 9, 36 latratibus ... absonis -es *canes.* VIR. ill. 22, 2 *anguis Aesculapii* venerabilis, non -is (*v. app. crit.*). VVLG. IV Esdr. 11, 45 alae *aquilae.* CLAVD. 24, 280 Libyae ... alumnos.

3 *de rebus*: **a** *c. subst.* (*neutr. pron. infra l. 66*): ACC. trag. 80^a o vim torvam aspecti atque -em. VARRO frg. Non. p. 205, 20 belli (CIC. Catil. 2, 15 ac nefarii). CIC. Arat. 414 epulas *Pistricis.* Arat. frg. 4, 2 procellas. carm. frg. 11 (de consul.), 53 stragem -em caedemque. 33, 10 B. (Tusc. 2, 20) clade Verr. II 1, 89 tempestate *i. avaritia* (rep. 2, 11 Gallici adventus). Font. 36 impetus. Cluent. 7 hunc locum consessumque vestrum, quem illi -em A. Cluentio ac formidolosum fore putaverunt. Sest. 53 casum (de orat. 3, 11 -es miserosque). har. resp. 20 fremitus armorum (COLVM. 7, 12, 3 *canis*). 62 terrae motus. Scaur. 22 -e et formidolosum ... crimen. de orat. 1, 258 illud ... fuit -e (*c. neutr. pron. ut*: Tusc. 2, 29 id, quod mihi -e videtur [*sc. dolor*]. epist. 5, 21, 5 [*recc.*, honorabile *M*, inhon. *GR*]. LVCR. 5, 1306 -e humanis quod gentibus esset in armis. *et al. cf. etiam infra l. 84 sqq.*). rep. 6, 17. fin. 1, 63 formidines (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 3, 225 p. 297, 9 metum [*cf. etiam l. 45*]. VVLG. sap. 5, 2 timore [*gr.* δεινῷ]). Tusc. 1, 118 -em ... diem *mortis* aliis, nobis faustum (VVLG. Ioel 2, 31 domini magnus et -is [Mal. 4, 5]). 5, 111. Att. 8, 9, 4 *Caesar* -i vigilantia, celeritate, diligentia est. 10, 14, 1. 14, 20, 2 L. Antonii -is con[ten]tio, Dolabellae praeclara. CATVLL. 11, 11 -e aequor (-esque *codd.*). 14, 12 -em et sacrum libellum. *al.* LVCR. 1, 65 aspectu (VVLG. Ezech. 1, 18. 22). 5, 1253 sonitu *ignis* (SALL. Iug. 99, 2). *al.* CAES. Gall. 7, 36, 2 speciem. SALL. Iug. 101, 11 spectaculum. VERG. georg. 3, 152 iras. Aen. 11, 271 -i visu portenta (THEOD. PRISC. log. 28 stercora [*cf. Sundelin, Ad Theod. Prisc. adnot. 46 sq.*]). CIRIS 184 oestro. HOR. sat. 1, 3, 119 flagello. MELA 1, 74 spatium. PETRON. 21, 3 secretum. 63, 2 rem. *et al.* *de horrore sacro*: CATVLL. 64, 264 -i stridebat tibia cantu. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 16 p. 553^B tam horrifica tamque -ia adiurationum sacramenta.

b *neutr. pro subst.* (*compar. p. 2990, 4. 12*): α *sing.* (*c. neutr. pron.*; *cf. p. 2989, 66*): CIC. inv. 1, 25 aliquid triste, novum, -e ... inicere. LVCR. 3, 976 numquid ibi -e apparet, num triste videtur quicquam ...? SEN. Herc. O. 261 si quid excessit feras immane, dirum, -e, ... exeat. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 p. 838^B quid ... -ius dici, quid cogitari potest ...? β *plur.* (*nude vel c. neutr. pron.*): CIC. Tusc. 1, 102 (*Theodorus ad Lysimachum*:) istis ... ista -ia (*sc. crucem*) minitare purpuratis tuis. Att. 6, 8, 2 *Batonius* plura locutus est, spero falsa, sed certe -ia (*antea* miros terrores). HIER. psalt. sec. Hebr. 145, 6 fortitudinem -ium (-iorum AC^1H) tuorum loquentur (*Vulg.* terribilium). VVLG. II reg. 7, 23 faceret *deus* ... magnalia et -ia. Ier. 18, 13 quis audivit talia -ia ...? AVG. civ. 3, 17 p. 122, 32 D. nec ... -iora nos dicimus quam *Romanorum* ... auctores.

4 *locutiones*: **a** -e est *c. enunt.*: CIC. Quinct. 95 -e est causam capitis dicere, -ius priore loco dicere (*c. inf. ut*: ITALA Hebr. 10, 31 [*v. p. 2983, 10*]. AVG. nat. bon. 44 p. 881, 12 dicere). Att. 14, 4, 1 -e est, quae loquantur *eqs.* (*c. interrog. indir. ut*: FLOR. epit. 4, 12, 13 Moesi quam feri ... fuerint [fuerunt *B*, erant *Iord. Rom. 245*] ..., -e dictu est). BOETH. cons. 4, 1, 6 W. esset ... infiniti stuporis omnibusque -ius monstris, si *eqs.* (*nisi suppl. 'monstrum'*). **b** -e dictu (*cf. l. 18*) *pro interiectione*: FLOR. epit. 1, 16, 12 miles ..., -e d., strictis ensibus ... fu⟨r⟩it. 2, 6, 12. 3, 5, 16.

B *speciatim fere i. q. severus, antiquus* (*usus fort. ex notione q. e. 'venerabilis', 'reverendus'* [*v.* horreo *p. 2979, 49*] *derivatus, sed analogia vocis q. e.* horridus [*v. p. 2993, 35 sqq. 60 sqq.*] *fultus*): CIC. Mur. 74 -is oratio, sed eam usus ... respuit (*75* nimium severa). MART. 11, 15, 2 sunt chartae mihi, quas Catonis uxor et quas -es legant Sabinae.

structurae ad I: *acced.*: adspectu: CAES. Gall. 5, 14, 2. dictu: *supra l. 18 et 20.* visu: HEGES. 5, 25, 1 CLAVD. 5, 359. in aspectu: PASS. Thom. p. 152, 13. *appon. dat.*: CIC. Cluent. 7 rep. 6, 17 Tusc. 1, 118 TERT. ieiun. 7 p. 283, 21 CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 12. *cf.* LVCR. 5, 1306.

II *vi activa*: **A** *c. subst. i. q. horrens*: SCHOL. Stat. Theb. 3, 264 ('rigentes *iubas*') erectas sive -es. CHIRON 169 pilo -i (*cf. p. 2977, 31 et v. Svennung, Unters. Pallad. 288*).

B *neutr. pro subst.* (*sec. gr.*) *fere i. q. horror, fastidium*: CONC.^S I 5 p. 337, 10 ne ex hoc ipso (*sc. prolixitate*) fieret -e (*I 1, 4 p. 19, 20* προσκορές. *I 2 p. 106, 26 et I 3 vers. Tur. p. 190, 31* fastidium).

adv. **horribiliter.** *compar.* -ius (*loco positivi*): *infra l. 43.* GLOSS. V 559, 10 abominabiliter -r.

i. q. horribili modo (*in bonam partem infra l. 52*): AVG. civ. 1, 8 p. 14, 3 D. exhalat -r caenum (*opp.* suaviter). 3, 20 p. 131, 29 excruciati. 4, 3 p. 149, 8 *vitreae laetitiae* timeatur -ius (*v. supra l. 39*), ne repente frangatur. 5, 22 p. 234, 4 contrita atque vastata *Italia.* 22, 8 p. 579, 23 quaterentur ... tremore membrorum (VITA Caes. Arel. 2, 20 p. 491, 27 tremore et spumis). in psalm. 30, 1, 23 saevirent. PS. AVG. serm. 120, 1 squalesceret mundus. EPIST. pontif. 621 Avell. p. 358, 9 in ... illa *Pelagiana* faece -r volutatus. AVELL. p. 478, 4 execrari. ALC. AVIT. hom. 6 p. 109, 14 *monstruosum erat* tam -r ... falsae visionis phantasmata posse confingi. GREG. TVR. Franc. 1, 15 exsulavit *anima.* GRAMM. *p. 2983, 24.* *fere i. q. mirifice*: AVR. Fronto p. 29, 4 N. -r scripsisti hanc orationem (*'schauderhaft gelehrt' Hofmann, Umgangsspr. 78*).

horricomis, -e. [*cf. c.* horreo *et* coma (*ad exitum* -is *cf.* inanimis *apud eundem pro* -imus); *v. et* horripilo. *J. B. H.*] *i. q. comam horrentem habens, hirsutus,* λάσιος: APVL. met. 4, 19 canes ... venaticos auritos ... et -es. 7, 11 grandem hircum annosum et -em.

horrido, -āre. *ab* horridus. *i. q. horridum reddere*: PS. HIER. epist. 19, 14 p. 202^B saetosa durum virum (*Iohannem baptistam*) -ant tegmina, non decorant.

horridulus, -a, -um. *ab* horridus *deminutive.* *compar., superl. desunt.* *inde a* PLAVTO.

i. q. aliquantum horridus (*interdum inest ratio quaedam blande, familiariter sim. loquendi, e. g. l. 67. 73. 75*): **1** *de asperitate, rigore*: **a** *proprie*: α *de papillis fere i. q. tumidus* (*v. Non. p. 422, 25* [*p. 2991, 5*] *et cf. p. 2997, 76*): PLAVT. Pseud. 68 papillarum -arum oppressiunculae. β *fere i. q. squalidus* (*servata vi q. e. 'hispidus' l. 69*): LVCIL. 524 (Non. p. 423, 2 *v. p. 2991, 5*) *divites novi* caput ungunt -um (*v. l. 68*). MART. 10, 98, 9 tonsos, -os, rudes, pusillos hircosi ... filios subulci. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 56 haeserat -us (-dol- *R*) sordenti in vellere pulvis.

b *translate*: α *in univ.*: AVSON. 329, 4 p. 116 P. Bissula, nomen ... rusticulum puellae, -um non solitis, sed domino venustum. β *technice ap. rhet.* (*cf.* horridus *p. 2993, 60*): CIC. orat. 152 (*de hiatu*) orationes ... -ae Catonis. Att. 2, 1, 1 tua illa *scripta* ... -a (horrida *H*, horridicula M^3 *al.*) mihi atque incompta visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. AMM. 29, 1, 11 -a *Valentis* ... verba et rudia flosculos Tullianos appellans *Modestus.*

2 *de tremore* (GLOSS. I p. 300 -us tremens): **a** *algentis* (*pauperis*): PERS. 1, 54 scis comitem -um trita donare lacerna (*Serv. georg. 3, 199* id est trementem). **b** *paventis*: IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 2 -a prae metu *Olympias.*

***horridus,** -a, -um. [*cf.* horreo, horror. *J. B. H.*] *de for-* [*Ehlers*]

mis: vocat. -e *p. 2992, 38.* compar. *inde ab* ENN., CIC. (*loco positivi:* CHIRON *infra l. 44. 45*). *superl. deest; cf.* multum (OROS. hist. 4, 20, 19), nimis (SEN. Herc. O. 1962 epist. 36, 3), plane (CIC. Brut. 238 non p.), satis -us (OROS. hist. 5, 17, 8). NOT. Tir. 74, 96 horredus. *de notione:* NON. p. 422, 25 '-um' plerumque exstans et prominens et erectum (*affert Verg. infra l. 33. Plaut. p. 2990, 67. Lucil. p. 2990, 68*). SCHOL. Stat. Theb. 6, 264 '-us' id est venerabilis. SYNON. Cic. p. 431, 20 B. GLOSS.[L] II Philox. HO 13 -us: σι⟨κχ⟩αντόφρικτος. III Abstr. HO 12 -um: hirtum, incultum. V Abba HO 5 -us: timidus. GLOSS. φρικτός. horrore plenus. crudelis. informem. *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO; *attuli omnes locos praeter p. 2994, 5 sqq.* (*I C*). [*it.* ordo, *francog.* ord. *M.-L.*] [*dub. vel falso trad.*: PLAVT. Truc. 934. CAES. (*v. p. 2989, 35*). Ov. met. 8, 787 (*N*[1]). TVRN. sat. frg. 2 (Schol. Iuv. 1, 71). AVR. Fronto p. 31, 15 N. *caelum* -ius fit (torridius *Baehrens, FlJb. 105, 1872, 633 et Cornelissen, Mnem. 1, 1873, 92 probabiliter [traditam lectionem def. Hauler per litt.; cf. p. 2978, 49. 2998, 51]. cf.* RVT. NAM. 1, 482 [torrida *V marg. recte*, -a *cett.*]). AMM. 28, 4, 34 nauseam -ae (torr- *Bentl.*, horrendam *Cornelissen*) carnis, dum excoquetur, ... despectantes (*i.* '*crudae*'?, *cf. p. 2992, 4*). GLOSS. (*v. vol. VI 2, 2127, 40*). *contextu dubio:* PLIN. nat. 13, 23 signa pulverulenta ... et cuspidibus (*MR*[a], custodibus *cett.*, custodiis *edd. vett.; v. vol. IV 1553, 23*) -a. *e coni. dub.*: CALP. ecl. 5, 107 (torr- *codd.*).]

I *de asperitate, rigore, turpitudine:*

A *vi corporali de specie externa* (*in imag. infra l. 75. p. 2992, 40. 74*): **1** *spectat ad superficiem: fere i. q.* asper tactu, hispidus, hirsutus: **a** *de capillis, pilis sim.* (*respicitur species* sordida *infra l. 32. 35,* antiqua *infra l. 33. 45,* frigore rigida *infra l. 34. 38; cf. infra l. 71 et p. 2992, 5*): PACVV. trag. 20[a] coma prolixa, impexa, conglomerata atque -a (*v. vol. III 1749, 14. cf.* IVV. 9, 12 -a siccae silva comae). TRAG. inc. 191 barba paedore -a atque intonsa (CIC. Cael. 33 non hac barbula ..., sed illa -a, quam in statuis antiquis ... videmus. VERG. Aen. 4, 251 glacie riget -a barba *Atlantis.* SIL. 4, 249). VARRO Men. 479 equum (FRONTO p. 128, 15 N. incuria). rust. 3, 16, 20 *apes* pilosae et -ae, ut pulverulentae (VERG. georg. 4, 93 desidia. COLVM. 9, 13, 7. PLIN. nat. 11, 59 aspectu. PALLAD. 4, 15, 2). CIC. Sest. 19 capillo (PETRON. 105, 2 -os longosque. PHYSIOGN. 105 p. 129, 2 -o [calido *B*] tamquam ex frigore). VERG. ecl. 7, 42 -ior rusco *Thyrsis* (SERV. auct. spinosior). georg. 4, 407 sus. Ov. am. 2, 6, 5 (*per prolepsin*) -a ... lanietur pluma. met. 8, 284 riget -a cervix *apri.* Pont. 3, 3, 17 -a pendebant ... super ora *Amoris* capilli et visa est ... -a penna (trist. 5, 7, 50 ora ... sunt longis -a tecta comis. *cf. p. 2992, 32*). COLVM. 9, 3, 1 *apes* -i ... pili (CHIRON 148 -ior. 173 -iori et recto [VEG. mulom. 1, 6, 2 erectus et -us]. 274 -iores [VEG. mulom. 2, 8, 5 -us (aridus *ed. pr.*)]). SIL. 6, 426 caesaries (*cf. infra l. 58*) *Reguli* (*ibid.* coma squalente). MART. 2, 36, 6 sunt crura pilis et sunt ... pectora saetis -a. APVL. met. 6, 28 caudae *asini* ... saetas incuria lavacri congestas et -as. SERV. Aen. 10, 210 'hispida' *frons Tritonis*: -a (terga *M, om. F*), saetosa. SCHOL. Stat. Theb. 3, 326 *crines.* RVFIN. Orig. in gen. 12, 4 p. 110, 11 *Esau* totus hirsutus et -us (p. 110, 21). *huc fort.* (*nisi i. q.* '*horribilis*', *v. p. 2994, 32 sqq.*): GERM. 29 terga *ursae sideris* (VAL. FL. 3, 567 *leonis*). MART. 6, 25, 2 ursa *sidus.* **b** *de herbis vel herbarum partibus* (*cf. l. 39 et p. 2992, 56; acced. notio q. e.* '*sterilis*' *l. 60, cf. p. 2992, 77*): VARRO ling. 5, 105 hordeum ab -o (*cf.* MANIL. 5, 271 Spica *sidus*). VERG. georg. 2, 69 (*v. app. crit.*) arbutus -a *i. corticis* -i (SERV. hispida). Aen. 3, 23 densis hastilibus -a myrtus (*cf.* SERV. auct. *ad l.*). Ov. met. 10, 139 (*in metamorphosi*) -a caesaries (*cf. supra l. 45*) fieri *capilli coeperunt.* SEN. Herc. O. 136 saxa rigentia et dumeta iugis -a torridis (*antea:* steriles ... ieiuna). COLVM. 10, 374 hirsuto saepes ... -a rusco. PLIN. nat. 12, 67 scabriorem *iunipero* ... spinisque -am *murram* (27, 71 caulem). 13, 43 pomum *syagri palmae* ... grande, durum, -um ('*rauh, grob von Fleisch*' *Georges*[8] *vix recte; v. p. 2992, 4*). 16, 20 *glans* cerro tristis, -a, echinato calyce. 16, 46 tota ... -ior *picea larice.* 19, 76 scabra et angulosa et -a *folia naporum* (*opp.* lēvia; *cf. Theophr. h. pl. 7, 4, 2* τραχέα. 19, 82 folia *raphani* ... tristiora [crisp- *vel* hirsut- *Mayh. coll. Theophr. 7, 6, 2*] et angulis -a). APVL. met. 8, 21 frutices (*20* sepiculae). PALLAD. ins. 69 mespila ... pugnacibus -a membris. **c** *de variis rebus exstantibus* (*v. et p. 2994, 12; dub.*: ACC. trag. 501 *v. p. 2900, 35, sed cf. p. 2993, 47*): VERG. georg. 3, 366 stiria ... impexis induruit -a barbis *pecudum.* Aen. 10, 407 acies Vulcania *sc. ignis.* CVLEX 195 -a squamosi ... membra draconis. VAL. FL. 6, 341 (*de lorica catenata, cf. 233*) -a nexu ... aera (*in imag.*: MART. CAP. 2, 122 [vers.] sensa ligans -a nexibus *Philologia*). MART. 10, 62, 8 cirrata loris -is *scutica.* ARNOB. nat. 7, 46 p. 280, 28 os *serpentis* dentibus -um. **d** *de asperitate in univ.*: CIC. div. 2, 30 aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae -um et exile. VITR. 7, 3, 8 tectoria ... *non* vetustatibus fiunt -a (*9* rimosa). PLIN. nat. 33, 101 -ior est mas *alabastri* scabriorque ... minusque radians et harenosior; femina contra nitet *eqs.* VAL. FL. 5, 587 -a signis ... chlamys (*sc. picta; aliter p. 2992, 30*). SIL. 4, 687 (*per prolepsin*) -a late scinditur in rimas ... tellus (*aliter p. 2992, 54 sqq.*). RVFIN. Adamant. 3, 13 p. 135, 31 *si* statua ... occupetur aerugine et efficiatur -um, quod prius splendidum fuerat.

de lapide non formato: LACT. inst. 2, 2, 11 *simulacra* essent aut incultus et -us lapis aut materia informis ac rudis, nisi fuissent ab homine formata.

2 *spectat ad speciem duram* (*dub. vel aliter p. 2991, 18. 63. 2994, 70. 75*): *i. q.* frigore rigidus (*cf. p. 2991, 29 et 71; de tremore algentium v. p. 2995, 38*): **a** *de locis* (*acced. vis sterilitatis l. 9, cf. l. 54 sqq.*): VERG. ecl. 10, 23 perque nives ... perque -a castra. PETRON. 123 v. 204 arva (*cf. ibid. 186* horrore. VAL. FL. 1, 512 gelu [*opp.* divitis arva plagae]). OPT. PORF. carm. 16, 23 ab Arctois plaga finibus -a cauro. RVT. NAM. 1, 485 glacie riget -us Hister. **b** *de tempestatibus, sideribus:* VERG. georg. 3, 442 frigidus imber ... et -a cano bruma gelu (*cf.* MART. 9, 13 [12], 2 -a ... brumae sidera). PRIAP. 84 (Verg. 1), 2 hiems (Ov. met. 15, 212 senilis h. *personata* tremulo venit -a passu [*ad p. 2995, 38?*]. Pont. 4, 10, 38). MANIL. 1, 398 -a frigore *Canicula.* MART. 7, 36, 5 December (7, 95, 1 riget).

3 *spectat ad speciem rudem: fere i. q.* squalidus, incomptus, turpis (*cf. de capillis p. 2991, 28, de lapide non formato supra l. 2 et nota quae monui p. 2994, 8*): **a** *generatim* (*de cultu lugentis l. 22, captivi l. 33*): **α** *in neutram vel malam partem:* TER. Phorm. 106 capillus passus, nudus pes, ipsa *Phanium* -a, lacrimae, vestitus turpis (*v.* DON. *ad l.; de lugenti ut:* Ov. am. 3, 6, 47 -a cultu *Ilia.* IVV. 3, 212 -a mater, pullati proceres). TRAG. inc. 239 (Ps. Cens. frg. 15; *vers. fictus*) -i transeunt ad pedes ex equis ('*equites sc. pulvere et sudore*' *Ribb.*). CIC. leg. agr. 2, 13 corpore inculto et -o (TIB. 2, 3, 76). LVCR. 6, 1269 membra ... -a paedore. PROP. 2, 13, 35 *mortuus* iacet -a (arida *Itali*) pulvis. SEN. Herc. f. 764 cultu et aspectu -us *Charon* (*765* squalidus). epist. 18, 5 contentus ... dura atque -a veste (*cf.* STAT. Theb. 1, 109 riget -a tergo *Tisiphones* palla [SCHOL. sordida]. 4, 235 chlamys. APVL. met. 3, 8 pannis. *aliter p. 2991, 81*). SIL. 3, 542 illuvie rigidaeque comae squalore ... -a ... ora *semiferorum* (STAT. silv. 1, 1, 69 movet -a sancto ora situ *Curtius. cf. p. 2991, 41*). IVV. 2, 57 -a ... residens in codice paelex (*cf. Prop. 4, 7, 44* codicis immundi. *de captiva, cf.* RVFIN. hist. 5, 1, 35 ipsis ... conspectibus -i *eqs.* [*gr.* δυσειδεῖς]). AVIEN. Arat. 1852 sus -a caeno (SVLP. SEV. chron. 1, 54, 4 lacum ... caeno ... ac sordibus atque ... foetore -um. VITAE patr. 7, 19, 3 p. 1043[C] [= PALLAD. hist. mon. I 9 p. 283[A]] elephantiose, caeno et luto -e [*cf. gr. p. 67, 20*]). AMM. 29, 5, 18 -as ... canitie (*i. favilla*) silices. MACR. somn. 1, 10, 9 carcerem (*sc. corpus*) foedum tenebris, -um sordibus et cruore. *de vultu* (*effigie sim.*) *aspero, turpi* (*proprie vel in imag.; aliter supra l. 32; v. et p. 2995, 44*): GERM. 198 -a vultu *Cassiepia lugens.* VAL. MAX. 4, 4 pr. *divitiarum* frons hilaris ... *paupertatis* -ior aspectus. 4, 7, 7 ab hoc -o et tristi ... amicitiae ad laetum et serenum vultum transeamus (SVET. Cal. 50, 1 vultum ... natura -um ac taetrum ... efferabat. SCHOL. Stat. Theb. 10, 608 senectute). SEN. dial. 4, 36, 3 iratis ... nulla est formonsior effigies quam atrox et -a. 6, 5, 4 ultimam ... faciem rerum (nat. 6, 32, 4 fulminantis caeli trucem atque -am f. PLIN. nat. 24, 1 silvae ... -iorque naturae f.). **β** *in bonam partem i. q. non ornatus:* LIV. 9, 40, 4 -um militem esse debere, non caelatum auro et argento (*cf.* TAC. ann. 6, 34, 3 -am suorum aciem, picta auro Medorum agmina). TAC. hist. 2, 11, 3 nec illi *Othoni* segne aut corruptum luxu iter, sed ... pedes ire, -us, incomptus.

b *de locis asperis, squalidis, incultis, sterilibus* (*cf. supra l. 7 et 49; aliter p. 2991, 82. 2994, 55 al. servatur notio q. e.* '*hispidus*' *infra l. 62. 63. 69 [cf. p. 2991, 53 sqq.]; acced. notio q. e.* '*caliginosus*' *[cf. infra l. 78] l. 63*): PACVV. trag. 1[b] loca -a initas (Ov. Pont. 1, 3, 84 CE 894, 1). CIC. Verr. II 3, 47 Aetnensis ... ager, qui solebat esse cultissimus, et ... campus Leontinus ... erat deformis atque -us (VAL. FL. 7, 62 longis ... -us annis campus. PORPH. Hor. carm. 2, 9, 1/2 agros 'hispidos' ..., id est -os [*Schol.* sentuosos]). VERG. Aen. 8, 348 *Capitolia* olim silvestribus -a dumis. 9, 382 silva ... dumis atque ilice nigrā -a *eqs.* (LIV. 22, 16, 4 VAL. FL. 2, 412). MANIL. 2, 41 rura. SEN. suas. 1, 2 montes (APVL. met. 4, 6 [*seq.*: saxis asperrimis]). SEN. Herc. O. 1272 durior saxo -o ... voltus (PETRON. 134, 12 v. 3 scopuli ... atque -a saxa ... iaculantur aquas. SIL. 17, 274). 1377 Caucasus. dial. 11 (12), 6, 5 (*de Corsica*) quid ad ... loci situm -ius? (*cf.* ANTH. 237, 2 [*Sen.?*] *Corsica* -a). LVCAN. 1, 28 -a ... dumis multosque inarata per annos Hesperia est. VAL. FL. 2, 644 licet ... saevas tellus alat -a gentes. 3, 108 rupes. SIL. 1, 230 humus. STAT. Theb. 2, 433 -a Dirces pascua (*cf. 1, 152* squalentia iugera D.). 6, 493 pulverei ... spatia -a circi. 6, 678 campi iugera. TAC. Germ. 5, 1 (*nisi ad C*) *terra* aut silvis -a aut paludibus foeda. *per imag.*: QVINT. inst. 5, 8, 1 argumenta velut -a (*vix pro subst.*) et confragosa vitantes amoenioribus locis desident. **c** *de macie:* VERG. georg. 4, 254 -a voltum *apium* deformat macies. **d** *de arbore sterili* (*cf. p. 2991, 53 sqq.*): FRONTO p. 154, 20 N. ilicem ... -am, infructuosam, inamabilem (*opp.* vitis). **e** *de caligine* (*vix mera vi q. e.* '*horribilis*' *[p. 2994, 59; cf. p. 2982, 61], v.* horreo *p. 2978, 30,* horror *p. 2998, 32; cf. supra l. 56*): PRVD. cath. 1, 17 tenebris. 1, 27 nox (perist. 3, 49). 5, 3 merso sole chaos ingruit -um.

B *vi dilatata et incorporali de habitu* (*nota quae monui p. 2994, 8*): **1** *generatim fere i. q.* rudis, ferus, incultus (*in neutram vel malam partem; cf. p. 2993, 36*): ENN. ann.

[Ehlers]

269 spernitur orator bonus, -us miles amatur. PLAVT. Truc. 933 hominem ... tam -um ac tam squalidum *Strabacem* (*sic de rusticis, agrestibus*: VERG. Aen. 7, 746 gens ... Aequicula. HOR. carm. 3, 29, 22 Silvani [SCHOL. agrestis, hirsuti. MART. 10, 92, 6]. OV. met. 1, 514 *de pastore.* IVV. 6, 10 -ior glandem ructante marito *uxor. cf. p. 2995, 41*). CIC. leg. agr. 2, 65 -o ac truce *Rullo.* Sest. 128 omnia discessu meo deserta, -a, muta ... fuerunt (*cf.* APVL. met. 5, 28 incompta et agrestia et -a cuncta *Cupidine aegroto*). de orat. 3, 51 de -is rebus nitida *oratio Crassi.* parad. 3 nihil *est* tam -um, tam incultum, quod non splendescat oratione et ... excolatur. LIV. 45, 36, 4 militiam ... -iorem asperiorem⟨que⟩. VAL. MAX. 2, 9, 5 vetustatis (*cf.* TAC. ann. 4, 16, 3 antiquitate). 9, 2 pr. crudelitatis ... -us habitus. SEN. epist. 36, 3 nimis -i animi ... et tetrici. TAC. ann. 4, 7, 1 non ... comi via, sed -us ac plerumque formidatus *Tiberius.* APVL. Socr. 22 p. 171 -i, indocti incultique. PS. QVINT. decl. 1, 14 p. 16, 9 trucem -umque latronem. ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 9 *virtutibus* est contractior atque -ior vita. 2, 41 p. 81, 16 saevis atque -is moribus. FIRM. math. 3, 1, 11 prima origo mundi inculta fuit et -a et agresti conversatione effera. *ibid.* hoc agreste et -um tempus. HIER. epist. 22, 24, 1 vera Christi ancilla ..., non ut illa -a, turpis, rusticana, terribilis *eqs.* PHYSIOGN. 104 p. 127, 8 interdum stultitia ... ferocior, asperior, -ior est, interdum affabilior ac lenior. *de barbaris*: CATVLL. 4, 8 -am ... Thraciam Propontida trucemve Ponticum sinum. HOR. carm. 4, 5, 26 Germania. SEN. Med. 102 Phasidis (STAT. silv. 1, 6, 77). SIL. 2, 439 usta cutem nigri soror -a Mauri. 9, 229 Pyrene (*cf. 17, 641* fera). MART. 1, 49, 33 Liburnus. IVV. 15, 44 Aegyptos (*syn.* barbara). TAC. ann. 1, 17, 6 gentes. CLAVD. 11, 25 acerbis -ior Scythis. *de dictis asperis* (*cf. p. 2995, 49; aliter l. 60 sqq. et p. 2994, 51 al.*): ENN. ann. 170 cum nihil -ius umquam lex ulla iuberet (*fere i. q. 'immitius', cf.* LIV. 2, 30, 1 -a et atrox videbatur Appi sententia). TIB. 1, 5, 6 -a verba doma (*antea* asper eram). SIL. 15, 666 dicta *minacia.* STAT. silv. 4, 6, 107 saevi ... vox -a Syllae (COD. Iust. 3, 12, 9, 1 [*a. 469*] praeconis). TAC. hist. 2, 74, 1 truces corpore, -i sermone *milites.*

2 *in bonam partem de vita, moribus sim. fere i. q. simplex, severus* (*cf. infra l. 77 bis. p. 2995, 50; habitu nimium severo in vitium verso fere i. q. tristis, censorius e. g. l. 43. 46. 56, cf. p. 2992, 83 sqq.*): CIC. Quinct. 93 *Quinctius* sibi ait officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper -am atque aridam cordi fuisse (S. Rosc. 75 -a incultaque). p. red. in sen. 13 *Pisonem simulantem* incultum, -um maestumque (Sest. 26 -us et severus). HOR. carm. 3, 21, 10 non ille *Messalla,* quamquam Socraticis madet sermonibus, te *testam vini* neglegit -us (SCHOL. tristis, censorius). LIV. 38, 17, 12 Spartana dura illa et -a disciplina (ARNOB. nat. 5, 8 p. 180, 22 pudibundis moribus et d. -ioribus). VELL. 2, 11, 1 *Marius* hirtus atque -us vitaque sanctus. VAL. MAX. 2, 1, 5 non tristis ... et -a pudicitia, sed ... honesto comitatis genere temperata. 2, 2, 5 virtutis (SIL. 11, 205 *Decii.* 11, 419 STAT. Theb. 5, 172). 5, 4, 3 patrem (*opp.* mansuetis parentibus). 6, 3 praef. -ae ac tristis severitatis. 6, 3, 10 maritale supercilium. 9, 1, 5 non in Graecia neque in Asia, quarum luxuria Severitas ipsa corrumpi poterat, sed in -a et bellicosa provincia *Hispania* (IVV. 8, 116 *opp.* imbelles Rhodios unctamque Corinthon). CVRT. 4, 6, 3 *Bactriani* -is ingeniis multumque a Persarum luxu abhorrentibus. 8, 9, 31 agreste et -um genus *sapientium Indorum.* IVV. 10, 298 sanctos licet -a mores tradiderit domus ac veteres imitata Sabinos. PLIN. epist. 3, 3, 5 *Iulius Genitor* emendatus et gravis, paulo etiam -ior et durior, ut in hac licentia temporum. *de epulis*: AVSON. 8, 3 p. 311 P. fercula (pocula *T*) gemmatis cum poneret -a (aurea *T al.*) vasis *Agathocles.*

3 *usu technico*: **a** *apud rhet. de sermone (sim.) incompto, impolito, ieiuno* (*cf. p. 2995, 51; aliter l. 28 sqq.*): CIC. Brut. 68 antiquior est huius *Catonis* sermo et quaedam -iora verba (268 non -a *Lentuli.* SEN. contr. 7, 4, 6 verbis ... -ioribus abstinendum, ... orationem ... molliendam). 238 non valde nitens, non plane -a oratio *Macri* (orat. 20 aspera, tristi, -a [*opp.* levi]). leg. 1, 6 *Coelius* habuit ... vires agrestes ... atque -as sine nitore ac palaestra. fin. 1, 8 inculta quaedam et -a *scripta Latina.* HOR. epist. 2, 1, 157 numerus Saturnius (SCHOL. non bene compositum). LIV. 2, 32, 8 prisco illo dicendi et -o modo. SEN. contr. 2 praef. 1 (*de Arellio Fusco*) nihil acre, nihil solidum, nihil -um: splendida oratio *eqs.* QVINT. inst. 8, 3, 26 (*v. Stroux, Philol. 91, 1936, 233 sqq.*). 9, 4, 3 illum -um sermonem, ut forte fluxerit. 12, 10, 10 genera dicendi. 12, 10, 28 tristes et -ae *litterae* (*cf.* 12, 10, 29). CHAR. gramm. p. 63, 10 B. -iorem rationem sono blandiore depellat *consuetudo sermonis.* *de ipsis oratoribus*: CIC. Brut. 83 multo ... vetustior (ven- *var. l.*) et -ior ille *Laelius* quam Scipio. 117 ut vita, sic oratione durus, incultus, -us *Tubero* (*cf.* fin. 4, 78 -iores ..., asperiores, duriores et o. et moribus). SEN. contr. 7 praef. 5 *Albucius* modo exilis esse volt ..., modo -us et ⟨sq⟩ualens (*corr. Walter, WSt. 40, 1918, 132*) potius quam cultus *eqs.* QVINT. inst. 2, 5, 21 *pueri Gracchos Catonemque legentes* fient ... -i atque ieiuni. TAC. dial. 18, 1 *oratores antiqui* sunt ... -i et impoliti et rudes et informes. *neutr. pro subst.*: SEN. epist. 100, 6 *compositionem* volunt esse ex (*i. seorsum*) -o comptam.
b *in pictura* (*neutr. pro subst.*): CIC. de orat. 3, 98 in antiquis tabulis illo ipso -o obsoletoque *tenemur.* orat. 36 in picturis alios -a, inculta, ... opaca, contra alios nitida, laeta, conlustrata delectant. **c** *singulariter de genere tragico*: MART. 3, 20, 7 *poeta* lascivus elegis an severus herois? an in cothurnis -us Sophocleis?

C *usu latiore de vi, effectu sim. fere i. q. horribilis, horrorem efficiens* (*de horrore sacro infra l. 42. 43, cf. infra l. 16; de fastidio infra l. 66 al.; fere i. q. 'malus' infra l. 23. 25. 67. usus fluxit ex notione q. e. 'squalidus', 'turpis' sim., v. exempla sub A 3 et B allata, a quibus haec non semper facile distinguuntur; incertiora hic ponere malui*): **1** *de hominibus vel partibus corporis humani* (*Iove l. 16, re personata l. 19; aliter* ENN. ann. 310 *p. 2995, 24*): VERG. Aen. 5, 37 *Acestes* -us in iaculis et pelle ... ursae ([*vix proprie i. q. 'rigidus'*]. *cf.* SIL. 8, 425 -us et squamis et ... crista. HOMER. 433 vastis -us armis. CLAVD. 7, 137). HOR. carm. 3, 4, 50 fidens iuventus *Titanum* -a bracchiis. SEN. Herc. O. 413 manum *Herculis* (1635 ferro). 495 Herculis. 550 *sagittā* -um Iovem (*aliter infra l. 52*) petisti *Amor:* 580 Amoris. 830 corporis *Herculis.* 921 Nessi. 1962 umbra quoque es[t] Diti nimis -a *Hercules?* Oed. 1059 Morbi tremor (*personatus*). Phaedr. 951 Ditem. PETRON. 124 v. 255 Erinys. VAL. FL. 2, 306 manus -a matrum *Lemniarum.* SIL. 10, 602 lues (*sc. Hannibal*). HOMER. 924. STAT. Theb. 12, 355 statio. 12, 769. AVSON. 322, 13 p. 261 P. numquam -a forma magistri (*16* immanis). PS. RVFIN. in Am. 5, 4/6 p. 1076[A] ne -ior detegaris ... remedia neglegendo quam ... praecepta temerando (*sic de peccatore fere i. q. malus*: in Os. 5, 11/15 p. 992[B] in sceleribus ... -ior vetustiorque). *et al.* *praedicative vel per prolepsin* (*cf. infra l. 79; v. et p. 2995, 33*): VERG. Aen. 7, 669 tegimen torquens ... leonis ..., sic regia tecta subibat -us *Aventinus* (SERV. tremendus, non re vera horribilis). SEN. Med. 16 thalamis -ae ... meis ... stetistis *Erinyes.* HOMER. 374 vagina ... -us ensem eripit. *huc fort.*: STAT. Theb. 6, 603 *Parthenopaeum* gradu premit -us Idas.

2 *de bestiis vel partibus corporis bestiarum* (*cf. p. 2991, 51. 2995, 2*): SEN. Ag. 834 *Herculem* gemuit ... taurus *Cretensis* Dictaea linquens -us arva (Herc. O. 27 t. ... populis -us centum pavor. *cf.* Phaedr. 1081). Herc. O. 1295 feras. 1572 leone *sidere* (DRAC. satisf. 137 ore cruento *eqs. cf.* MART. 4, 57, 5 -a ... Nemeaei pectora monstri *sideris.* BOETH. cons. 3 carm. 2, 11 ora). nat. 3, 19, 1 animalium turbam -am aspici (*om. P al.*) et turpem ac noxiam gustu. HOMER. 489 turba canum. TERT. mart. 4 p. 12 Oe. -iores aspides serpentes tauro vel urso. *et al.*

3 *de rebus*: **a** *c. subst.* (*vel neutr.*): VARRO Men. 326 prisca -a silent oracla[m] crepera in nemoribus (*?; spectare vid. ad horrorem sacrum, sim.*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 268 buxus). frg. Plin. nat. 18, 349 tempestatem ([*seq.* asperas]. HOR. epod. 13, 1 [*vix recte Orelli cft. Pind. P. 4, 144* φρίσσοντας ὄμβρους]. SEN. contr. 7, 1, 4 PHAEDR. 4, 22, 9 SIL. 4, 440. *cf. p. 2989, 60*). CIC. carm. frg. 32, 25 B. (Tusc. 2, 25) saeclis glomerata -is, luctifica clades *Promethei.* LVCR. 3, 170 vis -a teli ([leti *codd.*]. SEN. Oed. 89 Mavortis. LACT. Phoen. 21 venti). VERG. georg. 1, 449 grando ([*at sunt, qui conferant Pind. l. 45*]. HIL. gen. 178). 2, 282 proelia (CIRIS 31 SIL. 10, 88 STAT. Theb. 12, 628. *et al.*). Aen. 4, 378 iussa (dicta *M*) *Iovis* (STAT. silv. 4, 2, 50 *Eurysthei*). 6, 86 bella (*v. vol. II 1847, 41*). 9, 670 Iuppiter (SERV. aer) -us austris. 11, 96 belli fata (*v. vol. VI 1, 368, 40*). PS. VERG. catal. 9, 5. 42. HOR. epod. 10, 3 fluctibus. carm. 1, 24, 16 virga *Mercurii* (*male* SCHOL. severa, districta). 1, 34, 10 Taenari sedes. 3, 24, 40 aequora (STAT. silv. 3, 3, 160. *aliter p. 2995, 27*). OV. met. 1, 126 arma (HOMER. 206. *cf. infra l. 82*). VAL. MAX. 7, 2, 1 negotium nomine -um (*opp.* blandae appellationis quies). PHAEDR. app. 14, 17 noctem ... densis -am nimbis (SEN. nat. 3, 27, 10 -a ac terribilis intercursu *fulminum.* 5, 18, 7 nimbis ac tonitribus. *cf. p. 2992, 81*). SEN. Herc. f. 30 quidquid -um tellus creat (*syn.* terribile, dirum *eqs.*). 657. 705 cuncta maerore -a. 1004 scelus nefandum, triste et aspectu -um (Med. 979). Herc. O. 296 *al.* Med. 45 effera, ignota, -a, tremenda ... mala. Phaedr. 169. Thy. 1078 nubibus. Tro. 168 artus -us quassat tremor (OCTAVIA 735. *cf. supra l. 19*). nat. 5, 15, 4 fontes (APVL. met. 6, 14). epist. 5, 4 cibis non tantum vilibus ..., sed taetris et -is. PLIN. nat. 16, 59 pix optima ... ex apricis ..., ex opacis -ior (*seq.* deterior). 18, 278 sideribus. 20, 131 *ruta* silvestris -a ad effectum (-us *d T*; edendum *Mayh. coll. Diosc. gr. 3, 45, 1*) est. 34, 129 saporem. VAL. FL. 3, 263 tenet exsangues rigor -us artus. 4, 370 monstris -a lustra. 6, 112. SIL. 2, 524 corus ... fuscis ... -us alis. 6, 558 vox -a fertur: 'hostis adest *eqs.*' 10, 543 subit -a mentem formido (*cf. p. 2989, 69*). *al.* HOMER. 439 spicula (STAT. Theb. 2, 533). STAT. Theb. 4, 342 -a clangunt signa tubae (4, 498 frementis *leonis*). 4, 731 Kl. sitis -a (arida *recc.*) torret. *al.* MART. 11, 91, 5. QVINT. decl. 272 p. 115, 20 loci, in quo pugnatum erat, imaginem. *al.* PS. QVINT. decl. 10, 7 p. 194, 13 murmure *magi* (*seq.*: horrentibus verbis). TAC. Germ. 2, 1 maris. ann. 2, 23, 3 *auster* validus et rigore vicini septentrionis -ior. *et al.* *praedicative vel per prolepsin* (*cf. supra l. 26*): PETRON. 120 v. 98 (*nisi ad II*) -a tellus extulit in lucem nutritas sanguine fruges. VAL. FL. 3, 710 *hasta* obit -a pugnas (SIL. 4, 180 dedit -a mortem). SIL. 1, 517 -a ... perfunditur *Hannibal* arma cruore *Murri* (*aliter supra l. 57. cf.* BOETH. cons. 2 carm. 5, 18 neque ... cruor -a tinxerat arva [arma *W*]). 9, 322 galea -a flictu adversae

[*Ehlers*]

ardescit galeae (*cf.* HOMER. 955 ensem terit -us ensis). **b** *neutr. pro subst.*: *α sing.*: SEN. epist. 41, 6 *leo* speciosus ex -o, cuius hic decor est, non sine timore aspici. *β plur.*: LVCR. 6, 1282 multa ... paupertas -a suasit (*'zu entsetzlichen Dingen' Diels*). SEN. Oed. 223 sit ... dixisse tutum visu et auditu -a (-o *Treveth. codd.*, -um *Ald.*; *cf.* OROS. hist. 5, 23, 18 dictu auditque). LVCAN. 3, 347 -a cerni (-es *V*; *cf. p. 2979, 76*) foedaque contingi. SALV. gub. 7, 74 (*syn.* horror).

4 *acc. neutr. c. pron. loco adverbii*: SEN. dial. 5, 3, 6 ira dirum quiddam atque -um stridens. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 1, 48 exhalas tristius et -ius aliquid quam ... puteus Averni *eqs.*

appendix (*ad I*):

structurae: acced.: *abl.* aspectu: SEN. Herc. f. 764. 1004 PLIN. nat. 11, 59. attactu: SER. SAMM. 922. auditu: SEN. Oed. 223 OROS. hist. 5, 23, 18. conspectibus: RVFIN. hist. 5, 1, 35. cultu: OV. am. 3, 6, 47 SEN. Herc. f. 764. dictu: OROS. hist. 5, 23, 18. visu: SEN. Oed. 223. EPIST. Alex. p. 197, 17 (visa *codd.*). PRVD. perist. 10, 1043. *inf. pass.* (*v. Schmalz-Hofmann*[5] *579*): *p. 2994, 38. supra l. 7.*

neutr. pro subst.: *p. 2991, 55. 2993, 83. 2994, 1. 2. 2995, 1 sqq. cf. p. 2992, 74.*

II *de tremore i. q.* *tremens, trepidus* (*non huc pertinent p. 2994, 65. 70. 72*):

A *metu, pavore* (*cf. p. 2991, 9; dub. p. 2994, 80; aliter* SEN. *p. 2994, 33*): ENN. ann. 310 Africa terribili tremit -a terra (*i. Afri*) tumultu (*Vahlen cft. Varro Men. 225* A. terribilis, *sed obstat imitator* LVCR. 3, 835 omnia ... belli trepido concussa tumultu -a contremuere. *cf.* CATVLL. 64, 205 -a contremuerunt aequora [*vix ad p. 2994, 56*]. *ad locutionem cf. p. 2997, 70*). VITR. 6, 6, 1 boves lumen ... spectando -i non fiunt (6, 6, 4 iumenta). STAT. Theb. 5, 602 advectos ... -a maesto excutit ore cibos *avis.* Ach. 1, 274 -a pectora *Achillis* tractat nequiquam mulcens *Thetis.*

B *furore, ira* (*exempla* VERG. *et* STAT. *fort. non prorsus certa sunt, cf. p. 2994, 27*): VERG. Aen. 1, 296 *Furor vinctus* fremet -us ore cruento. OV. met. 6, 685 -us ira *Boreas* (CORIPP. Ioh. 2, 466). STAT. Theb. 9, 354 verbere crebro oraque pectoraque et ... scidit -a vestem *Ismenis* (*353* furibunda *dolore*). silv. 5, 5, 77 nonne -us ... invidia superos ... pulsem?

C *frigore* (*de statu rigido rerum v. p. 2992, 5, nota p. 2992, 14*): OV. am. 2, 16, 19 si premerem ventosas -us Alpes. MART. 3, 36, 3 -us ut primo te ... mane salutem. 3, 58, 9 seras putator -us refert uvas (*'fröstelnd' Wagner in schedis; fort. potius i. q. 'rusticus', ad p. 2993, 2*).

? **D** *fastidio*: CAEL. AVR. chron. 4, 3, 64 *aegrotus* aut -o visu aut stomachi supinatione recusans *lac* (*nisi i. 'distorto', ad p. 2992, 41*).

deriv.: horrido, horridulus. *compos.*: ab-, subhorridus.

adv. **horride.** *compar.* -ius *l. 49. 54.* *inde a* CIC.

i. q. *aspere, severe*: **1** *generatim*: TAC. hist. 1, 82, 2 adlocuti sunt *milites tumultuantes* ... praefecti, ex suo quisque ingenio mitius aut -ius (*cf. p. 2993, 28 sqq.*). **2** *de vita simplici* (*cf. p. 2993, 35 sqq.*): CIC. Quinct. 59 vixit ... semper inculte atque -e *Quinctius.* **3** *technice apud rhet. de oratione incompta* (*cf. p. 2993, 60 sqq.*): CIC. orat. 28 *imperiti* putant ..., qui -e inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. 86 ornamentis utetur -ius *orator tenuis.* QVINT. inst. 10, 2, 17 qui -e atque incomposite ... frigidum et inane extulerunt, antiquis se pares credunt.

horrifer, -a, -um. [*ab* horror *et* ferre, *cf.* horrificus, horrisonus *et* pestifer *sim.*; *v. Stolz-Leumann*[5] *251. Norden, Komm.*[2] *281. J. B. H.*] *gen. pl.* -ferum: PACVV. (Cic. orat. 155). *vox poetarum inde a* PACVV., ACC.

i. q. *horrorem ferens, horribilis*: **1** *in univ.*: PACVV. trag. 82 (*v. supra l. 59*) prodigium -um, portentum pavos. LVCR. 3, 1012 Tartarus -os eructans faucibus aestus. 5, 218 genus -um ... ferarum. 5, 996 vocibus *vulneratorum.* VERG. Aen. 8, 435 Aegida. OV. met. 1, 725 Erinyn. **2** *de frigore*: ACC. trag. 566 ad stellas septem, unde -r (horridus *Schol. Verg. Veron. Aen. 8, 28*) aquilonis stridor gelidas molitur nives. CIC. Arat. 13 (nat. deor. 2, 111) -is aquilonis ... auris (horrisonis ... alis *codd. Arat.* [*p. 2997, 12*]; *v. Norden l. c.*). OV. met. 1, 65 boreas ([GLOSS. I p. 96 *i.* horridus]. 15, 471 [horrendum *ε*]). GERM. 23 aquilone (AVIEN. Arat. 96 -is a. illa *septentrionalia* rigescunt). SEN. Phaedr. 934 -a celsi regna ... poli. VAL. FL. 5, 306 nivem. 5, 517 -o ... in axe Caucasus.

horrificābilis, -e. [*ab* horrificare, *cf.* horribilis; *v. Leumann, Adj. auf -lis 103. J. B. H.*] *i. q.* *horrificus*: ACC. trag. 617 (*'Telephus'*) opertus squalitate est luctuque -i (-cali *trad.*).

horrifico, -āvī, -āre. [*cf. c.* horrere *et* facere; *cf.* horrificus. *J. B. H.*] *inde a* CATVLLO.

1 *i. q.* *horrentem facere*: **a** *proprie de mari i. q.* *exasperare, turbare*: CATVLL. 64, 270 placidum mare ... -ans zephyrus proclivas incitat undas (*cf. Hom. H 63* ζεφύροιο ... φρίξ).
b *transl. i. q.* *terrere*: VERG. Aen. 4, 465 vatum praedicta ... terribili monitu -ant *Didonem* (SERV. horrorem incutiunt. *huc spectare vid.* GLOSS. V 552, 38 horrorem faciunt). CLAVD. 26, 250 mentes ... ostenta ... -ant.

2 *i. q.* *horrendum facere*: SIL. 3, 389 ore ferarum et rictu -ant galeas *Uxamenses.* FLOR. epit. 3, 21, 10 redit ... Marius clade maior, si quidem carcer, catenae, fuga, exilium -verant dignitatem.

deriv.: horrificabilis.

horrificus, -a, -um. [*cf. c.* horrere *et* facere; *v. Stolz-Leumann*[5] *251. J. B. H.*] *compar., superl. desunt.* GLOSS. expavescendum. horrendum. *vox fere poetica inde a* CIC., LVCR. (*cf. adv.*); *in prosa inde a* GELL., MIN. FEL. [*falso trad.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 31, 4 p. 435/6 (*v.* orificium).]

1 *i. q.* *horrorem faciens, horribilis, horrendus*: **a** *vi originaria incolumi*: CIC. Arat. 122 *Lepus* ictus -os metuens rostri *Canis.* LVCR. 3, 906 busto. VERG. Aen. 3, 225 -o lapsu de montibus adsunt harpyiae. 3, 571 -is ... tonat Aetna ruinis. 12, 851 letum. VAL. FL. 2, 97 fulminis (*cf.* CORIPP. Ioh. 5, 395 ignes). 2, 518 molem *beluae.* 3, 423 *Mopsus* se ... -is (horrigis *V*) accommodat actis (*sc. sacris diris*). SIL. 2, 501 ritu -os ... populos. 8, 647 maior ... -is sese extulit Allia ripis. 9, 443 serpentibus (*cf.* PRVD. cath. 3, 181 anguibus). 17, 407 nubem (PRVD. apoth. 625). STAT. Theb. 7, 113 incursibus *Pavoris.* GELL. 20, 1, 48 capitis poenam ... -am atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt (PRVD. apoth. 85). MIN. FEL. 22 (23), 5 Trivia trinis capitibus et multis manibus -a. ANTH. 649, 30 sonos. AVIEN. Arat. 825 pistrim. AMM. 17, 7, 3 tremore terrarum. 29, 2, 21 coetus furiarum. 31, 10, 8 fragore. 31, 13, 2 clamoribus (CORIPP. Ioh. 8, 93). PRVD. psych. 431 haustus. CLAVD. 22, 24 calores (*i. iras*). carm. min. 29, 44 -um (horif- *P*) belli ... regem *Martem.* PS. AVG. serm. 59, 1 sonitu. 96, 2 -um vocis inarticulatae mugitum. CYPR. GALL. exod. 1118 noctem. EPIST. pontif. 260 Migne 13, 1171[A] (*textu dubio*) scriptura *haereticorum.* MAR. VICTOR aleth. 3, 762 malo. VEN. FORT. carm. 8, 3, 196 faucibus. CORIPP. Ioh. 5, 429 terrore. PASS. Petr. 1 p. 1, 10 carcerum squalorem. 2 p. 3, 13 minas. CE 1307, 8 perfidus, infelix -usque dies *mortis.* *de horrore sacro*: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 16 p. 553[B] tam -a tamque horribilia adiurationum sacramenta (*cf.* 2, 7 p. 588[C] iuramenti ... genus). 2, 6 p. 588[A] revelationem ... satis -is refertam praeceptis. PRVD. c. Symm. 1, 225 vultu *deorum.* 1, 451 -os ... prodigialia cogunt credere monstra deos. **b** *vi orig. attenuata fere i. q.* *magnus*: EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911[D] praecones -a voce personantes (*gr.* μέγα βοῶντα).

2 *i. q.* *horrens (factus), hispidus*: LVCAN. 2, 372 nec -am (horrentem *Bentl.*) sancto dimovit ab ore caesariem *Cato.*

adv. **horrificē.** *i. q.* *modo horrifico*: LVCR. 2, 609 *corona murali* per magnas praedita terras -e fertur divinae matris (*sc. Magnae*) imago. 4, 36 *simulacra* nos -e (-o *Q*[2]) languentes saepe sopore excierunt. *vi orig. attenuata fere i. q.* *valde*: PASS. Paul. 18 *Caesar* miratus est -e (honorifice, valde *varr. ll.*) et ingenti stupore attonitus coepit *eqs.*

horripilātio (*et* obrip-), -ōnis *f.* *ab* horripilo(r). *de formis et script.*: horrip- (orrip- *l. 49. 51*, orip- *l. 50. 51. 57*): ITALA II Macc. 3, 17 rec. L (orrip-). HERM. vulg. vis. 3, 1 p. 13, 6 (oripilacio *var. l.*). VVLG. Sirach 27, 15 (obrip- *Amiat.*). SCHOL. Ter. p. 97, 9. GLOSS.[L] Corp. O 230 (orip-). GLOSS. III 296, 42 (orrip-). obrip- (obbrip- *l. 55*, obrep- *l. 56. 57*; *assimilatum voci q. e.* obrepere [obrip-; *'de significatione cf.* formicare, verminare*' Svennung in plag.*], *v. Niedermann, Mél. Saussure 72 sqq. Stolz-Leumann*[5] *129. 153*): TAB. devot. Rom. (*l. 71*) obbripilationis. SORAN. p. 54, 12. 103, 16 (*h*, obrep- *l*, ebrip- *b*). CASS. FEL. 21 p. 33, 2 *et* 4 (*gc*, orip- *p*). VITA Caes. Arel. 2, 15 p. 490, 2 (*2, R*; obrep- *3, H*; obrepir- *1c*). GLOSS. III 205, 60. 207, 15. *cf. l. 50.* *de notione*: SCHOL. Ter. p. 97, 9 'horror' ..., unde '-o' dicitur, cum videlicet pili prae timore eriguntur. GLOSS. III 207, 15 orthotrichiasis -o. 296, 42 φρίκη -o (*cf.* 205, 60 erici). GLOSS.[L] Corp. O 230 -o celiwearte (*anglosax.*).

1 *usu strictiore de capillis i. q.* *horror pilorum*: VVLG. Sirach 27, 15 loquela multum iurans -em capiti statuet (*gr. 14* ὀρθώσει τρίχας).

2 *usu latiore de corpore i. q.* *horror* (*acced.* corporis *l. 68*): ITALA II Macc. 3, 17 (rec. L) circumfusus erat ... viro metus ... et -o corporis (*gr.* φρικασμός, *Vulg.* horror). HERM. vulg. vis. 3, 1 p. 13, 6 -o me comprehendit (*gr. 5* φρίκη, *Pal.* frigidus factus sum). TAB. devot. Rom. (CIL VI 33899) 9 (= Audollent 140 Dessau 8750; *s. II/III*) patiatur febrīs frigus tortioniīs pallorīs sudores -īs meridianas *eqs.* SORAN. p. 54, 12 et -es et punctiones (*gr. p. 105, 15 J.* φρικώδης ἀντίληψις). p. 103, 16 corporis inaequalitas cum -e. CASS. FEL. 21 p. 33, 2 dolores sentiunt aegrotantes cum -e. p. 33, 4 cum dolore et -e. VITA Caes. Arel. 2, 15 p. 490, 2 membra vel venae ... in -em suspensa sunt (*seq.*: horrore ... et tremore).

horripilo, -āvī, -āre *et* horripilor, -ārī. [*ab* *horripilus; *cf.* hirtipilus, horricomis *et gr.* ὀρθοτριχέω. *J. B. H.*] *depon.*: GLOSS. *infra l. 81.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 472, 35 B. (*inter verba aspirata*) -o ὀρθοτριχῶ (GLOSS. II 386, 37). GLOSS.[L] II Abav. HO 16 -atur horret (GLOSS. V 601, 24). Philox. HO 17 -atur (-atum *trad.*) ὀρθοτριχεῖ. GLOSS. V 620, 9 horripido (*sic*) est horreo. [*sard.* arpilare. *M.-L.*]

1 *i. q.* *pilis horrere*: APVL. met. 3, 24 (*in metamorphosi*) aures

[Ehlers]

immodicis -ant auctibus. 2 *i. q. contremiscere, expavescere* (*cf. p. 2977, 36*): ITALA psalm. 118, 120 (*v. p. 2980, 6*) -vit a timore tuo caro mea.

deriv.: horripilatio.

horrisonus, -a, -um. [*cf.* horrere *et* sonare; *v. Stolz-Leumann*^{5} *251. Norden, Komm.*^{2} *281. J. B. H.*] GLOSS.^{L} I Ansil. GO 26 -os (gorrionos *trad.*) cum ⟨h⟩orrore sonantes (III Abol. HO 2. GLOSS. V 614, 33 [gorriones c. errore s. *trad.*]). HO 121 -o fragoso (V Aa H 170 [horis- *trad.*, *item* GLOSS. V 503, 32]). *vox poetica inde a* CIC., LVCR.; *in prosa* PS. AVG., OROS., CASSIOD.

i. q. horribili modo sonans (*de horrore sacro l. 16*): CIC. Arat. 13 -is aquilonis ... alis (*v. p. 2995, 68*). carm. frg. 32, 3 B. (Tusc. 2, 23) freto. LVCR. 5, 109 fragore (SIL. 8, 652). VERG. Aen. 6, 573 -o stridentes cardine sacrae panduntur portae (CLAVD DON. cuius sonus ad aures venit). 9, 55 fremitu (CYPR. GALL. iud. 626). LVCAN. 2, 455 mare possidet auster flatibus -is. VAL. FL. 2, 583 -ae respondent Gargara buxo (*i. tibiae*). 7, 149 flagelli. SIL. 4, 278 ululatibus. 4, 612 stridore (CORIPP. Ioh. 1, 163). CLAVD. 3, 85 dictis *Megaerae*. PS. AVG. serm. 49, 1 -o tubarum clangore vel raucisono aeris cantu. CYPR. GALL. gen. 661 fragor -o de sidere fulmina torquet. exod. 357 -as voces dolor excitat (CASSIOD. compl. in act. 24, 1). iud. 548 rugitu *leonis*. OROS. hist. 4, 4, 7 gemitu.

horrium *v.* horreum.

***horror**, -ōris *m.* [*cf.* horreo. *J. B. H.*] PRISC. gramm. II 421, 25 horreo ... -r (GRAMM. suppl. 74, 13). h *testatur* CASSIOD. gramm. VII 202, 7 (*ex Eutyche*). NOT. Tir. 74, 95. *de notione*: CHAR. gramm. p. 451, 29 B. -r φρίκη. SERV. Aen. 1, 165 (*p. 2978, 30*) '-r' plerumque ad odium pertinet, plerumque ad venerationem, ut hoc loco; sic Lucanus (*p. 2999, 32*). 2, 559 'saevus -r', quia est et bonus, ut (*p. 3001, 10*). SERV. auct. *ibid.* est et amoris, ut Terentius (*p. 2979, 60*). SCHOL. Stat. Theb. 1, 494 (*p. 3001, 10*) '-r' .. aut gaudiorum est aut maeroris ...; timoris -r est, quem Vergilius dicit (*p. 2999, 81*) ..., laetitiae, ut Terentius (*p. 2979, 60*). SCHOL. Ter. p. 97, 8 '-r' est membrorum commotio. SYNON. Cic. p. 440, 24 B. GLOSS. φρίκη. πτόησις. terror. timor, pavor. peccatum. pavor aut fastidium. GLOSS.^{L} I Ansil. HO 132 est -r ad metum, est -r ad turpitudinem (*cf.* GLOSS. V 109, 41). *de plur.* (*ad caput prius*): *ad I*: '-es *alicuius rei*' *i.* '*foeda, horrenda a. r.*' *apud scriptores quater* (AMM. *p. 2999, 14. 15.* CONSVLT. Zacch. *p. 2998, 37.* PASS. Mar. Iac. *p. 2998, 40*). *ad II*: '-es' *i.* '*accessiones -is*' *de -bus naturalibus* (*usu medicinali, v. p. 2999, 43*) *saepius* (CELS. 5^{ies}. PLIN. nat. 9^{ies}. SCRIB. LARG., FIRM. math., PS. MVSA *singulis locis*), *de -bus commotione animi effectis nonnisi apud poetas bis* (SEN. *p. 3000, 8.* STAT. *p. 3000, 21*). *legitur apud poetas inde a* PLAVTO, *apud scriptores inde a* CIC. Att. (*p. 2999, 48 et 79*), LIV. *omnes locos ex schedis attuli praeter p. 2998, 72—2999, 18. 2999, 43—66. 2999, 74—3000, 31.* [*it.* orrore, *francog.* horreur, *hisp.* horror. *M.-L.*] [*confund. in codd. saepius c.* honor, error, terror, *ex. gr.* LIV. 39, 8, 4 (*var. l. pro* err-). PHAEDR. app. 21, 7 (orr- *V*, err- *N*). PLIN. nat. 2, 79 (hon- *R*^{1}*a*; '*an livorem?*' *Mayh.*). MART. CAP. 9, 919 (*var. l. pro* hon-). *contextu dubio*: AMM. 25, 3, 11 cristarum *elephantorum* ... -e (stridorum *Haupt*, crustarum *Heraeus*).]

i. q. φρίκη: **CAPVT PRIVS**: *proprie*:

I *de asperitate, rigore, turpitudine*: **A** *corporaliter de specie externa* (*in imag. vel compar. infra l. 78. 83. p. 2998, 15. 27 al.*): **1** *spectat ad superficiem asperam*: **a** *de capillo (sim.) hirsuto, erecto (ad signif. habitum simplicem l. 58)*: STAT. silv. 2, 6, 43 simplex ... -e (herr- *M*^{1}, err- *Itali, Vollmer*) decoro crinis. QVINT. inst. 11, 3, 160 capillos ... retro agere, ut sit -r ille terribilis. APVL. apol. 4 capillus ... -e implexus atque impeditus. TERT. paenit. 12, 7 capilli incuria -em leoninum praeferente (*cf.* PACIAN. paraen. 9 p. 118 leonum ... iubas impexa caesaries et barbatus [*v. d. Vliet*, barbarum *codd.*, *ed. pr.*, barbarus *edd. vett.*] -r exuperat). *-r fit commotione animi* (*cf. p. 2999, 83. 84. 3000, 8. 3001, 18*): LVCAN. 5, 154 nullo ... -e comarum excussae laurus (VAL. FL. 1, 229 STAT. Theb. 8, 389). PS. QVINT. decl. 3, 7 p. 47, 10 ardorem luminum, -em (-um *B*^{1}) capillorum, fremitum indignationis. **b** *de mari (aqua) exasperato, fluctuante* (*acced. nimirum vis tremoris [v. p. 2999, 25 sqq.] necnon obscuritatis [v. p. 2998, 32 sqq.]*): LVCAN. 5, 446 Pontus ... non -e tremit. 5, 564 niger inficit -r terga maris. VAL. FL. 1, 652 caerulus -r (*inter comites notorum*). STAT. Theb. 5, 364 inde -r aquis (SCHOL. obscuritas. CLAVD. 28, 33 *Delphis* tunc vivere fontes, tunc sacer -r [honor *R*] a.). silv. 5, 4, 5 *somno* occidit -r aequoris. AVIEN. Arat. 1397 sali furit implacabilis -r. **c** *de tumore papillarum* (*cf. p. 2990, 67*): NON. p. 538, 7 'strophium' est fascea brevis, quae virginalem -em cohibet papillarum. **d** *de variis rebus exstantibus*: IVVENC. 2, 789 (*in imag.*) nec fructus *sermonis* sequitur spinarum -e necatus. 2, 799 ad fructum culmis ... spiceus -r processit. ARATOR act. 2, 1185 oculis *Pauli* ... squameus exiit -r (*cf. Vulg. act. 9, 18*). *in compar. de stimulis peccatorum*: PAVL. NOL. epist. 29, 1 p. 247, 18 quae *pallia pilosa* nos ... stimulis admonerent, dum asperitate setarum compungimur, et peccatorum nostrorum -e compungi.

2 *spectat ad ipsius subiecti rigorem, duritiam*: **a** *in univ.*: LVCR. 6, 1011 validi ferri natura et frigidus -r. CLAVD. DON. Aen. 5, 405 p. 469, 22 ('rigebant') tantum -is (hon- *edd. vett.*) et ponderis ... caestus habuerant, ut *eqs.* **b** *de frigore* (*cf. de borea infra l. 81, de tremore algentium p. 2999, 34 sqq.*): PETRON. 123 v. 186 miti ... -e quievit *humus congelata*. AMM. 15, 10, 1 -e nivali ... obductos *montes*. -r mortis: PORPH. Hor. sat. 2, 1, 62 'frigore ...', id est -e m. **c** *i. q. torpor torpedine effectus*: CLAVD. carm. min. 49, 21 metuendus ab imis emicat -r aquis (*22* frigore).

3 *spectat ad speciem squalidam, turpem, incultam* (*de capillo v. p. 2997, 57; nota quae monui infra l. 67*): **a** *generatim*: α *vi strictiore*: TERT. pudic. 13 p. 243, 27 concili⟨ci⟩atum et concineratum cum dedecore et -e compositum *paenitentem*. paenit. 11, 1 in asperitudine sacci et -e cineris. PANEG. 3, 6, 4 pulveris. HIER. epist. 21, 13, 9 (*in imag.*) sordium -e (err- *var. l.*). CARM. de Sod. 129 atro -e favillae ... incendia signant. CONSVLT. Zacch. 2, 18 p. 89, 26 nec ... -em proprii vomitus canis repetat (*syn.* sordes). PETR. CHRYS. serm. 163 p. 628^{B} hesterno -e foetentia ... obsonia. SEDVL. op. pasch. 3, 3 p. 234, 5 maculosae cutis *leprosi* (*cf.* ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 8 leprae). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 19 pollutionis. APOLLIN. Alc. Avit. epist. 13 p. 46, 18 cotidianum ... manuum ... -em. *de vultu (sim.) aspero*: STAT. Theb. 10, 641 abiit -rque vigorque ex oculis *Virtutis in Manto transfiguratae* (*infra* aspera ... ora). EVTR. 9, 27, 1 ingenii asperitatem suam etiam vultus -e (-i *G*, horrere *LO*) significans. β *vi latiore de specie turpi*: TERT. anim. 28 p. 347, 14 mortui veteris. HIER. epist. 21, 21, 2 (*per imag.*) antiquum gentilium ... -em (err- *var. l.*). **b** *de locis asperis, incultis, desertis* (*cf. l. 5. 39. 40. p. 2999, 18. 3000, 33*): PLIN. nat. 5, 7 solitudinum. STAT. Theb. 4, 424 vacuus ... silentia servat -r *silvae* (*male* SCHOL.). 12, 12 campi ... vacantis. FLOR. Verg. p. 185, 7 par -e, par vertice, par ille nivibus Alpinis Pyrenaeus. TERT. adv. Val. 15 p. 195, 12 loci. **c** *de caligine* (*cf. p. 2997, 69*): α *acced. gen.*: LACT. inst. 2, 5, 24 -em tenebrarum (AMM. 28, 1, 54. 29, 5, 49 [err- *cod.*]. AMBR. bon. mort. 9, 42 p. 739, 18 HIER. epist. 38, 1). FIRM. err. 19, 1 perpetuae noctis (AMM. 21, 2, 2. 25, 3, 23 SVLP. SEV. dial. 3, 4, 4. CONSVLT. Zacch. 1, 38 p. 47, 2 -bus [*v. p. 2997, 39*; err- *M*]. CE 1180 [= 1181], 3 inferne noctis tristissimus -r). PRVD. perist. 4, 69 umbrarum. *de locis caligine squalidis*: AMM. 15, 4, 3 *lacum* -e silvarum squalentium inaccessum. PASS. Mar. Iac. 6 p. 53, 8 graves antri caligantis -es (*v. p. 2997, 40*; herr- *A*, -e *EN*, horreres *V*; *infra* squalidus locus). β *nude pos.*: POTAM. tract. 1, 12 (JThSt. 19, 1918, 299) tenebrarum globos et nigri -is umbracula. 1, 105 (*ibid.* 303) secretarium ... -is (*sc. sepulcrum*). **d** *de herba sterili*: SEDVL. op. pasch. 5, 17 p. 288, 1 germinis inutilem ... -em (honn- *H*^{1}, hon- *Gallandius*; *infra* amaritudinem sterilis oleastri).

B *incorporaliter de habitu* (*cf. p. 2997, 55; nota quae monui infra l. 68*): **1** *generatim fere i. q. duritia, feritas*: STAT. Theb. 3, 693 non si mihi tigridis -r aequoreasque (-aeque *codd.*) super rigeant praecordia cautes, ferre queam. silv. 2, 1, 169 barbarus -r (*lugentis, qui in se saevit*). AMM. 22, 8, 25 caeli. *de vita inculta*: FIRM. math. 3, 1, 12 ut deserto pristini squaloris -e et agrestis conversationis feritate seposita cultior vita ... redderetur.

2 *de moribus, cultu i. q. severitas, tristitia* (*cf.* horridus *p. 2993, 35*): STAT. silv. 5, 1, 64 nec frons triste rigens nimiusque ⌊in moribus⌋ (*Itali*, maior- *codd.*) -r, sed simplex hilarisque fides et ... gratia. PLIN. epist. 1, 10, 6 nullus -r (honor *γ*) in cultu *philosophi*, nulla tristitia, multum serenitatis (*Schuster, WSt. 53, 1935, 115*; sever- *codd.*).

3 *technice ap. rhet. de habitu incompto orationis* (*cf.* horridus *p. 2993, 60*): QVINT. inst. 8, 5, 34 veterem illum -em dicendi malim quam istam novam licentiam. CHAR. gramm. p. 13, 31 B. (= DIOM. gramm. I 435, 25) incultae vetustatis. *vi latiore*: PANEG. 2, 1, 3 rudem hunc et incultum Transalpini sermonis -em. POMER. 3, 34, 2 -e incomptae orationis.

C *usu latiore de vi, statu, effectu (sim.) horribili* (*hic usus fluxit ex notione q. e. 'status squalidus, turpis', v. e. g. p. 2999, 8 et cf. exempla sub A 3 et B allata, a quibus haec non semper facile distinguuntur. acced. fere gen. [aliter p. 3000, 35 sqq.]; ubi c. adi. [infra l. 76. 78. 79. 80 al.] vel nude [infra l. 82. p. 2999, 4. 7. 11 al.] ponitur, interdum transit in vim meton. [v. p. 3001, 51 sqq.]*): **1** *fere i. q. vis terribilis* (*maxime rerum; attuli omnes locos usque ad* PORPH., *inde selectos*): LVCR. 2, 411 serrae stridentis acerbum -em (*opp.* musaea mele). VERG. Aen. 2, 301 armorum *i. pugnae* (PANEG. 4, 24, 5. CLAVD. DON. Aen. 7, 525 p. 80, 6 gravis. *cf.* VERG. Aen. 12, 406 saevus campis ... -r crebrescit. STAT. Theb. 6, 251 belli. CYPR. ad Donat. 6 p. 8, 17 cruento -e castrorum. DRAC. Orest. 241 pugnarum. PHOC. carm. de Verg. 111 Martius). LVCAN. 3, 9 diri ... plena -is imago ... Iulia (STAT. Theb. 3, 75 diro -e volantes ... animae). LAVS Pis. 141 classicus (*i. classicorum*). VAL. FL. 7, 563 caerulei boreae ferus ... -r (*item de ventis*: PALLAD. 1, 6, 9 aer ... ventis mediocribus sine vi et -e perflabilis. AVIEN. Arat. 1733 perfurit aeris -r [*gr. 995* χειμωνόθεν]). STAT. Theb. 2, 716 torva ... -e decoro cassis (*item de specie armorum*: 11, 32 Eurymedon, cui

[*Ehlers*]

rusticus -r in armis [cf. 7, 264 terribilis silvis]. CLAVD. 10, 191 igneus -r thoracum. rapt. Pros. 2, 146 Martius *galeae*). silv. 3, 2, 52 (*nisi ad p. 3000, 35*) ominis. QVINT. decl. 281 p. 146, 27 scelera propius admota plus habent -is. PS. QVINT. decl. 15, 7 p. 282, 23 accusationis. 17, 7 p. 307, 10 immanitatis. MIN. FEL. 37, 1 carnificis. TERT. scorp. 5 p. 154, 21 operis. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 54 in ... corporis altitudine mina⟨e⟩ quaedam videntur esse atque -r. CYPR. epist. 37, 3 p. 578, 15 squalorem carceris ac receptaculi poenalis -em (*cf.* HIER. epist. 1, 3, 1 poenali carceris -e [DRAC. laud. dei 3, 651]. *v. et p. 3000, 32*). FIRM. math. 1, 10, 14 Mars rutilo ... -e metuende. PALLAD. 12, 20, 3 (*'de oleo odoris horrendi'*) si nihil de -e (nidore *edd. vett.*) decusserit *oleum*. POTAM. epist. ad Athan. 20 (RevBén. 30, 1913, 280) iaceat serpens sanguineo -e contractus (*sc. ictu*). AMM. 19, 12, 14 sepulchrorum ... -es (*per plur., item*: 29, 1, 23 truculentae vocis -bus. *v. p. 2997, 39*). CLAVD. DON. Aen. 2, 395 p. 200, 27 longae dictionis. HEGES. 1, 45, 10 exsecutionis (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 120, 1 cruciatus. COD. Theod. 1, 29, 5, 1 cruoris *i. caedis*). RVFIN. hist. mon. 12 p. 432^{A} deserti -em terroremque (*cf. p. 2998, 28. 3000, 33*). *et al.* 2 *i. q. vis stupenda*: AVG. pecc. mer. 1, 21, 29 p. 28, 7 profunditatis veluti -e percussus ([*antea* sententiam mirae p.]. c. Pelag. 2, 7, 15 p. 475, 25 cum ... huius p. -em usque ad hoc perduxisset, ut diceret *eqs.*). 3 *i. q. auctoritas*: COD. Theod. 2, 1, 8, 2 quas *causas* dignus et meritus -r (hon- *N*) inscriptionis impleverit (*infra* digna legum ... auctoritas).

II *de tremore*: A -r *efficitur vi naturali*: 1 *generatim i. q. tremor* (*de mari v. p. 2997, 68*): LVCR. 6, 593 fera vis venti per crebra foramina terrae dispertitur ut -r (*quasi materia movens*) et incutit inde tremorem (*cf. 594* frigus). OV. met. 9, 345 vidi ... tremulo ramos (*personatos, sc. in metamorphosi; cf. l. 31*) -e moveri (*item de arbore*: SEN. Oed. 576 *silva* erexit comas ... et totum nemus concussit -r. LVCAN. 3, 411 non ullis frondem praebentibus auris arboribus suus -r inest [*male* SERV. *p. 2997, 29*]). FLOR. epit. 2, 6, 14 -em soli (*syn.* terrae tremor).

2 *signum est frigoris* (*cf. p. 2998, 3*): a *in univ.*: LVCR. 3, 291 *frigida aura* ciet -em membris et concitat artus (*301* tremulum motum). SEN. dial. 4, 2, 1 *motus non voluntarii* ut -r frigidā aspersis. nat. 6, 24, 4 *nos* externa causa in -em agit (*antea* frigore inhorruimus). CVRT. 8, 10, 7 (*fort. ad b*) frigus ... -e (horrere *B*) corpora adfecit. *transfertur ad res* (*cf. p. 2998, 3*): PAVL. FEST. p. 2 'apricum' locum ... quasi ἀφρικής, id est sine -e (hon- T^1), videlicet frigoris. PROB. Verg. georg. 1, 336 *Martis stella* ardore suo -em a frigore Saturnio (*abl.*; -i *Keil*) venientem in Iovem temperat. b *t. t. medic.*: -r *aegrotorum, maxime febricitantium* (*nos 'Schüttelfrost'; definitur l. 47; cf. p. 3001, 5; usurpatur sing. vel plur.* [*de accessionibus; v. p. 2997, 41*]): LVCIL. 643 vestimentis frigus atque -em exacturum (*cf.* CELS. 3, 3, 3 *cotidianae febres incipiunt* aliae a frigore, aliae ab -e; ... -em *voco*, ubi corpus totum intremit). CIC. Att. 12, 6, 4 (= 12, 6a, 2 Sj.) *Attica* iam sine -e est (dolore est [*om.* R^1] -e est M^1R^1). CELS. 1, 9, 4 *ex frigore* -es tremoresque nascuntur (2, 13, 1 qui ante febres -e et tremore vexantur). 3, 12, 1 -r ... eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum. 3, 15, 1 si cui cum -e febris accessit (*ibid.* revertitur. SEN. epist. 95, 17 *febrium* cum -e, et multa membrorum quassatione venientium [PLIN. nat. 23, 92. 26, 116 (err- *R*)]. ORIBAS. syn. 6, 23 febres cum -e [err- *trad., item infra*] fiunt, quamquam et rigor praecedat -em [*gr. 4* φρικωδέστερος *sc.* πυρετός]). 4, 2, 2 -r calidus (val- *Constant.*; *item* 4, 15, 1). 7, 27, 1 inordinati -es. *al.* SEN. epist. 74, 33 (*inter signa languoris*) -r membra percurrens. CVRT. 3, 5, 3 subito -e artus rigere coeperunt. SCRIB. LARG. 66 (= MARCELL. med. 14, 3) febriculis non sine -e intercurrentibus. 95 *bis* (= MARCELL. med. 16, 9). PLIN. nat. 20, 136 -es frigidos (FIRM. math. 3, 2, 8 corporis [CAEL. AVR. acut. 2, 17, 102]. *cf.* PRVD. perist. 1, 113 algidus). 20, 156 ante accessionum (-em *FE*) -e⟨m⟩. 22, 150 -em tertianae et quartanae (*cf.* 24, 76 febrium [28, 107]). 31, 119 algores -esque. *al.* PS. AVR. VICT. epit. 12, 11 *sudore* refrigescente -r corporis nimius initia febri praebuit (*cf. l. 61*). PS. MVSA herb. Vett. l. 121.

3 *signum est senii*: MAXIM. eleg. 1, 6 hoc quoque quod superest *mei*, languor et -r habent.

B -r *efficitur* **commotione animi** (*horret corpus [e. g. infra l. 77] vel animus [e. g. infra l. 78]; de capillis v. p. 2997, 64 sqq.*): 1 *usu generali signum est timoris, taedii, detestationis (quam -r auget p. 3000, 9), aversationis sim. (admiscetur ira p. 3000, 3 et 27; -r somniantium p. 3000, 13; fere i. q. fastidium p. 3000, 29)*: a *vario usu (omnes locos attuli usque ad* VAL. MAX., *inde selectos; ad iuncturas v. etiam p. 3000, 35—3001, 28)*: PLAVT. Amph. 1068 ea res me -e adficit, erilis praevertit metus (PRVD. perist. 2, 391). 1118 mihi -r membra ... percipit dictis tuis (PACVV. trag. 224). TVRPIL. com. 46 apertae surae ... -em mihi ex corde exsuscitabant. CIC. Att. 8, 6, 3 qui me -r perfudit, quam sum sollicitus. VERG. Aen. 2, 559 me ... saevus circumstetit -r, obstipui *eqs.* (STAT. Theb. 5, 239). 2, 755 -r ubique animo, simul ipsa silentia terrent. 3, 29 mihi frigidus -r membra quatit gelidusque coit formidine sanguis (OV. met. 9, 291). 4, 280 arrectae ... -e comae (12, 868). OV. epist. 15 (16), 67 gelidus ... comas erexerat -r (SEN. Tro. 457 -r ac tremor. SIL. 9, 122). met. 14, 198 luridus. LIV. 1, 25, 4 -r ingens spectantes perstringit (VAL. FL. 7, 81 perstrinxerat -r *Iasonem* ... et maesta stabat defixus in ira. *cf.* CVRT. 5, 9, 1). 35, 35, 17. VAL. MAX. 6, 9, 13 *corpus* magno cum -e totius fori Romani conspectum est (PLIN. paneg. 76, 3 corporis. TERT. apol. 23, 12 orbis. *et al.*). 9, 8, 2 vix sine -e animi (AMM. 29, 1, 38 animorum. *cf.* SEN. nat. 5, 15, 1 non s. [STAT. Theb. 6, 499 alto. *et al.*]). SEN. Thy. 949 crinis ... inter subitos stetit -es (*v. p. 2997, 43*). benef. 7, 20, 4 *vitia* detestamur sine -e (err- *FG*). LVCAN. 1, 192 perculit -r membra (VAL. FL. 6, 481. CLAVD. 5, 130 exsanguis). PETRON. 128, 5 in -em perductus. VAL. FL. 1, 621 qui tum Minyis trepidantibus -r. SIL. 8, 121 asper somno (summo *var. l.*) diris (-us *codd.*) me impleverat -r (*item in somnio*: HIER. interpr. Iob 4, 14 -r ... et tremor [*Vulg.* pavor]. VVLG. gen. 15, 12 magnus et tenebrosus. Iob 4, 13 in -e visionis nocturnae. 7, 14 per visiones -e concuties [*Hier. interpr. Iob* obstupefacis]. *cf. p. 3001, 28*). STAT. Theb. 1, 45 alio Capaneus -e (horrere *r*) canendus (*i. 'cum -e'; male* SCHOL. maiore impetu dictionis). 1, 403 fraterni sanguinis ... conscius -r (PRVD. cath. 4, 23. CLAVD. 20, 503 factorum). 5, 396 manibus ... -e remissis (*i. 'prae -e', sim.*: AMM. 30, 1, 22). 9, 862 non ira subit, sed leti nuntius -r (TAC. hist. 1, 37, 3. *et al.*). 10, 557 insanis (incertis *var. l.*) lymphatam -bus (*v. p. 2997, 43*) urbem. PLIN. epist. 7, 33, 8 -r omnium. paneg. 48, 4 -r et minae et ... metus. SVET. Aug. 6 -r ... et metus. Nero 49, 4 -em formidinemque visentium. MIN. FEL. 28, 6 exsecrationis (*c. gen. explicat. ut*: ARNOB. nat. 2, 29 p. 72, 16 formidinis. CLAVD. DON. Aen. 11, 445 p. 483, 15 desperationis. MACR. Sat. 5, 16, 2 satietatis). PRVD. perist. 10, 961 -r stupentem persecutorem subit timorque et ira pectus in caliginem vertere *eqs.* MACR. Sat. 7, 7, 15 in locum satietatis succedit -r (*i. fastidium, item*: 7, 7, 16. *abundanter*: FRG. epist. Pelagian. 2, 4 [RevBén. 34, 1922, 270] fastidium ... -is. *cf. l. 26. 45. 47*). *et al.* *gen.* -is *pro adi.* (*aliter p. 2998, 43 bis. supra l. 30*): HIER. epist. 3, 4, 4 -is (-e, horreis *varr. ll.*) carcerem (*cf. p. 2999, 9*). VVLG. deut. 32, 10 in loco -is et vastae solitudinis (*hebr. aliter; cf. p. 2999, 18*).

b *indicatur causa -is*: α *gen. obi.* (*cf. p. 3001, 1 sqq. et 15; aliter p. 2998, 66 sqq.*): VAL. FL. 7, 266 tibi siquis ... morituri ... -r. 7, 378 *pullos* ferit -r Olympi. SIL. 5, 391 gelidus ... sub ossa pervasit miseris conspecti consulis -r. FLOR. epit. 2, 17, 12 non sine quodam sacrilegii metu et -e (orr- *B*, horrere N^1). TERT. adv. Val. 18 p. 197, 9 cum magno -e blasphemiae. ARNOB. nat. 3, 15 p. 122, 11 foeditatis. AMM. 20, 11, 13 machinae. AMBROSIAST. in I Cor. 7, 14 nominis Christi (CLAVD. 15, 384). RVFIN. hist. mon. 28 p. 451^{B} (= PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355^{C}) *nemo accessit* prae foetoris -e. PRVD. perist. 10, 722 doloris. PAVL. NOL. carm. 27, 623 amoris iniqui. AVG. serm. 183, 10, 14 -r et timor mortis (280, 3, 3). MACR. Sat. 7, 5, 12 uniformis alimoniae. NOVELL. Valent. 33 servitutis. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 13 -e ciborum et fastidio (3, 2, 14). PALLAD. hist. mon. I 12 p. 289^{C} languoris -e confusis (*gr. p. 78, 10* σικινομένων). I 53 p. 336^{C} contagionis (*cf. gr. p. 161, 18*). β *praepp.* (*cf. p. 3001, 20*): CLAVD. rapt. Pros. 3, 307 nosti *Latona* ..., quis -r pro genitis et quantus amor. CONC.^{S} II 3, 2 p. 84, 24 vestri ... imperii circa malos -em. EVSTATH. Bas. hex. 9, 4 p. 960^{B} spontaneum habemus erga omnia, quae nos contristare creduntur, -em (*gr.* πρὸς τὰ λυποῦντα διαβολήν). γ *adi.*: AVSON. 362, 5 p. 87 P. mare naufragus -r infamat (*cf. Anth. Pal. 9, 359, 4* ἐν δὲ θαλάσσῃ τάρβος). δ *ne*: AMM. 25, 2, 4 -e ... perfusus est, ne ... minax Martis apparuerit sidus. VVLG. Iudith 4, 2 tremor et -r invasit sensus eorum, ne *eqs.*

c *locutiones*: α -r est (*per ellipsin l. 60*) *c. inf.*: PLIN. nat. 28, 4 quod spectare ... -r est. STAT. Theb. 10, 522 saltu transmittere fossas -r equis. OROS. hist. 2, 16, 18 dicere. β -is est *c. inf.*: AVG. civ. 3, 20 p. 130, 11 D. *Sagunti* interitum legere, quanto magis scribere -is est. AVELL. p. 28, 1 quod -is (err- Φ) est dicere. γ -i esse (*fere c. dat.; cf. p. 3001, 12*), habere, ducere: PANEG. 2, 41, 3 magno ... pectoribus humanis ... lux amori, interitus -i est. LACT. opif. 10, 18 magis -i quam ornamento. SCHOL. Cic. Bob. p. 93, 25 AMBROSIAST. in Gal. 5, 17 p. 368^{A} AVG. civ. 21, 8 p. 506, 33 D. conf. 4, 6, 11. SALV. gub. 7, 74 -i eis ... horrida ista non erant. PALLAD. hist. mon. I 21 p. 299^{B} omnibus ... -i erat *virgo* (*gr. p. 98, 3* αὐτὴν ἐβδελύξαντο). ARNOB. nat. 4, 20 p. 157, 12 quos *ortus* ... homines et execrationi habeant et -i. CASSIAN. inst. 4, 30, 4 *officia* ab omnibus ducebantur -i.

2 *specialia*: a -r *divinus deis, personis sanctis, locis religiosis effectus* (*cf. p. 3001, 49; usu magis profano v. sub 1; acced. vis stuporis, admirationis l. 75. 84*): LVCR. 3, 29 me ... quaedam divina voluptas percipit atque -r, quod sic natura tua (*Epicuri*) vi ... retecta est. 5, 1165 est mortalibus insitus -r, qui delubra ... suscitat *eqs.* LIV. 1, 16, 6 cum perfusus -e venerabundusque adstitissem *Romulo viso*. AVSON. 419, 2 p. 353 P. (*de palatio*) -e tranquillo et pavore venerabili. CLAVD. DON. Aen. 8, 350 p. 165, 3. PS. SEN. epist. Paul. 7 -e divino (SVLP. SEV. dial. 2, 13, 3). SVLP. SEV. dial. 2, 13, 1 sedebamus ingenti -e et tremore, ac si ante angeli tabernaculum ... excubias duceremus. 2, 13, 2 -e (-ere F^1) ... circumfundimur ac stupore. CLAVD. MAM. anim. 2, 2 p. 102, 5 potentiam ... sui non sine -e suspiciens *mens humana* (*antea* emirata).

[Ehlers]

c. gen. obi.: Val. Fl. 2, 433 numinis ingens -r. Tert. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 10 loci *terribilis* -e concussus est *Iacob*. Ps. Cypr. laud. mart. 2 p. 27, 14 religionis ... -em (hon- *QT*). **b** *signum est amoris* (*cf.* Don. Ter. Eun. 84 [*p. 2979, 60*] natura magni caloris etiam -em incutit, ut nimiae febres): Prop. 1, 5, 15 (*inter signa amoris*) tremulus maestis orietur fletibus -r (*16* timor). **c** *signum est stuporis, admirationis, gaudii* (*cf. p. 3000, 27 et v. quae monui ibid. 74*): Petron. 83, 1 Protogenis rudimenta ... non sine quodam -e tractavi. Sil. 8, 561 gratus ... inerat visentibus *Scipionem* -r. Stat. Theb. 1, 494 stupet omine tanto defixus *Adrastus* ... laetusque per artus -r iit (*v. p. 2997, 30. 31*). Itin. Alex. 43 Alexandro duo fontes ... -i (orr- *trad.*) fuere prae admiratione (Avg. conf. 9, 6, 14 -i mihi erat ... ingenium). Avg. gen. ad litt. 5, 22 p. 166, 24 ut ... ineffabilem incutiant admirationis -em. *c. gen. obi.* (?): Val. Fl. 8, 67 (*v. app. crit.*) tantus subiit tum virginis -r *Iasonem*. **d** *signum est furoris divini* (*de vatibus*): Stat. Theb. 10, 160 repens (*P*, recens *cett.*) superis animum lymphantibus -r Thiodamanta subit. 10, 606 stant tristes -e comae *Tiresiae*. **e** *signum est irae* (*cf. p. 2999, 73*): Itala psalm. 118, 53 (Aug. spec. 6 *et* Hier. psalt. sec. Hebr.) -r obtinuit me ab impiis (זַלְעָפָה *'ardor'; gr.* ἀθυμία, *Vulg.* defectio). **?f** *signum est libidinis*: Anth. 473, 3 (*Petron.?*) nec desinit ante frigidus adstrictis (et fr. strictis *cod.*) qui regnat in ossibus -r, quam tepidus laxo manavit corpore sudor (*ad coitum refert Goldast*). **g** *signum est vertiginis*: Hier. in Is. 21, 6 sqq. p. 191^{D} (*ad Vulg. Is. 21, 4* tenebrae stupefecerunt me) perterritus ... ac tenebroso -e circumdatus (*antea* caligantibus oculis). **h** *signum est sollicitudinis* (*in somnio; cf. p. 3000, 13*): Prvd. cath. 6, 42 sensa somniantum dispar fatigat -r.

iuncturae selectae ad II: *adi.*: algidus: *p. 2999, 62.* calidus: *p. 2999, 56.* divinus: *p. 3000, 80.* exsanguis: *p. 3000, 10.* frigidus: *p. 2999, 61. 82. supra l. 22. cf. p. 2998, 1.* gelidus: *p. 2999, 84. 3000, 37.* gratus: *supra l. 9.* insanus: *p. 3000, 21.* laetus: *supra l. 10.* luridus: *p. 3000, 1.* tenebrosus: *p. 3000, 14. supra l. 26.* tranquillus: *p. 3000, 78.* tremulus: *p. 2999, 29. supra l. 6.* *gen. explicat.*: *p. 2999, 40. 63. 64. 3000, 15. 24—26. supra l. 14. cf. p. 2998, 6.* a frigore veniens: *p. 2999, 42.*

CAPVT ALTERVM: ***metonymice et personate*:**

I ***metonymice*** *de materia -em efficiente*: **A** *de hominibus*: Lvcr. 3, 1034 Scipiadas ... Carthaginis -r (Sen. epist. 86, 5 *Scipio* ille 'C. -r' [*vers. Lucr. laudari post alios statuit Axelson, Neue Senecastudien 195*]. Sil. 15, 340 *Marcellus*). Prop. 4, 10, 10 Acron ... *Romae* finibus -r erat. Lvcan. 5, 344 orbis Hiberi -r et arctoi ... miles. Val. Fl. 1, 744 qui gentibus -r pergit *Iason*. 2, 24 scopulis ... maximus illis -r abest ... Typhoeus. Sil. 8, 477 antiquus Romanis moenibus -r Clusinum vulgus. Drac. laud. dei 3, 325 Brutus, -r (oror *B, corr. M*^{3}) amorque novus. CE 1335, 10 (= Inscr. christ. Diehl 66; *e codd. Sang. et Par.*) Pannoniis gentibus -r (hon- *Par.; cf. Mommsen, Herm. 28, 1893, 35 sq.*) erat *Constantius quidam*.

B *de bestiis*: Stat. Theb. 5, 505 nemoris sacer -r ... serpens. Drac. Romul. 10, 439 impius -r *angues Furiarum*.

C *de rebus* (*nota, quae monui p. 2998, 71; v. et p. 2999, 27*): Val. Fl. 4, 661 multifidus ruptis e nubibus -r effugit (*i. fulmen*). 8, 134 saevus venit -r ad aures *Aeetae* (*de nuntio ut*: Homer. 841 aures diverberat -r). Cypr. ad Donat. 8 p. 9, 18 de parricidiis ... -r (err- *Gronov.*) antiquus ... replicatur *in theatris*. Prvd. apoth. 755 funereus ... -r evomit exequias ... vivas *Lazari* (*'sepulcrum' Bergman*). Oros. hist. 5, 19, 21 tantum -is (*i. rerum horribilium*) ingessisse notitiae. Salv. gub. 7, 74 idem omnes -r infecerat *i. vitium* (*syn.* horrida). Caes. Arel. (?) serm. 213, 5 p. 806, 4 libido omni -e deformior.

II ***personate*:** Sen. Oed. 591 (*inter dira monstra*) torva Erinys ... et caecus Furor -rque.

compos.: horrifer. *Ehlers.*

CIL VIII 21667 Claudius Lucianus vix(it) ... *eqs.* Claudius Rogatus pater vexilarius **horsar.** *'vocabulo videtur numerus significari, cuius Lucianus fuit vexillarius' edd. ad l.* *'latere videtur* ursarius *vel* ursariorum (*cf. CIL XIII 5243 [= Inscr. Dessau 3267]. 8639*)' *Svennung in plag.*

hōrsum *adv.* [*ex* *hō-vorsum; *cf.* illorsum *etc. J. B. H.*] *in codd. saepe* ors-. Prisc. gramm. III 75, 21 *inter adverbia derivata vel composita in* 'um'. 84, 12 unam loci significationem habentia *adverbia*, quae est ad locum, ut '-m', 'istorsum' *eqs.* 138, 24 (*v. vol. V 1, 938, 45*). Schol. Ter. p. 98, 11 (*ad Eun.*) ad hanc domum. p. 145, 18 (*ad Hec.*) in hanc partem. Ter. Bemb. Eun. 219 huc versum (*cf.* Gloss. V 534, 52 hoc versum). Gloss.^{L} II Abol. ho 19 ad nos, ⌊stat curte⌋ ('stac parte?' *Goetz, Thes. gloss. em.*; '... curre?' *Gloss. I p. 411*). [*de* Gloss. II 588, 43 *v. s.* orsum.]

i. q. huc (ad hunc locum) versus: Plavt. Mil. 304 quam ⌊mox -m⌋ (⌊ ⌋ uxor *trad.*) ad stabulum (*sc. domum*) iuvenix (*i. Philocomasium*) recipiat se ⟨a⟩ pabulo. Rud. 172 -m se capessit (*sc. e mari*). Ter. Eun. 219 mox noctu te adiget -m insomnia. Hec. 450 Phidippum et patrem video: -m pergunt. *Haffter.*

hortāmen, -inis *n.* *ab* hortari. *plur. p. 3002, 6. 8. 14. 18.* *vox maxime poetica inde ab* Ov. met.; *in prosa ap.* Liv., Tac. Germ., Pallad., Ennod.

1 *spectat ad actionem hortandi: fere i. q. hortatio* (*de serpente fere i. q. 'illecebra' l. 10*; -n vocis, clamoris, verberis *l. 14. 15*): Ov. met. 1, 277 'non est -e longo nunc' ait (*Neptunus ad amnes*) 'utendum; vires effundite vestras *eqs.*' Lvcan. 7, 736 non magno -e miles in praedam ducendus erat (*in re militari ut*: Tac. Germ. 7, 2 cibos ... et -a pugnantibus gestant *mulieres* [*falso post alios Gudeman 'Erfrischungen'; v. Wissowa, GGA 1916, 674 sq. et cf. infra l. 29*]. Sidon. carm. 2, 289 pulchro. *cf.* Stat. Theb. 4, 11 -a *Bellonae*). Prvd. cath. 9, 92 (*v. supra l. 2*) quid tibi, profane serpens, profuit ... plasma primum perculisse versipelli -e (astutia *var. l.; v. G. Meyer, Philol. 87, 1932, 340 sq.*)? Alc. Avit. carm. 6, 102 sancto. Ennod. opusc. 6, 4 p. 403, 1 divini voce ... -is. *impelluntur bestiae*: Stat. Theb. 8, 157 nullo ... truces -e parent *equi*. Nemes. cyn. 189 consuetae norint -a vocis *catuli*. Pallad. 4, 11, 3 sint ... timentes -n clamoris ac verberis *boves*. **2** *spectat ad instrumentum hortandi: fere i. q. incitamentum, stimulus* (*acced. ad l. 17*): Liv. 10, 29, 5 auditur P. Decii eventus, ingens -n ad omnia ... audenda. Val. Fl. 6, 94 veterum ... viris -a laudes *canunt Coralli*.

***hortāmentum,** -ī *n.* *ab* hortari. Gloss.^{L} III Abol. or 12 -is alimentis. Gloss. V 508, 54 -um alimentum, ammonitio. *pendent ex* Ter. *l. 28.* *legitur in poesi (dub. vel falso trad. v. infra l. 26. 28 bis) ap.* Plavt. (*infra l. 37*), Sil. (*infra l. 39*); *in prosa inde a* Sall. (*p. 3003, 11*), Liv. (*p. 3003, 3*), Tac. (*p. 3003, 5*), Gell.; *attuli omnes locos praeter* Clavd. Don. *infra l. 58.* [*locus fidei dub.* (*v. Norden, Enn. u. Verg. 28 adn.*): Liv. Andr. (?) trag. p. 3 R.^{3} ('-a: flagella, quibus aurigae utuntur, cum equos hortantur'). *falso trad.*: Plavt. Capt. 615 (*VE pro* ornam-). Ter. Haut. 836 (-is *dett., Eugraph.* ['hoc est nutrimentis'], *Schol.* [*Schlee p. 46*: -is alimentis], *cf.* Gloss. *l. 21*; ornamentis [*vel* pro orn.] *A al. ex 837*; pro alimentis *recc. recte, v. vol. I 1584, 81 et Wissowa, GGA 1916, 674 sq. Jachmann, Gesch. d. Ter.-Textes 82*). *confund. c.* ornamentum: *l. 28. 30. 37. p. 3003, 7. 12. 17 al.*]

1 *spectat ad actum hortandi: fere i. q. hortatio*: **a** *impelluntur animantia* (*bestiae infra l. 65*): **α** *nude positum vel c. gen. subi.*: Plavt. Truc. 318 *Truculentum* spero immutari pote blandimentis, -is (*A*; ornamentis *P*; oramentis *Meursius; v. Ed. Fraenkel ap. Norden l. c.*), ceteris meretriciis. Sil. 5, 154 aspera quisque -a (port- *OV*) sibi referat (*in re militari ut*: Clavd. Don. Aen. 9, 145 p. 207, 32 ad incitanda -a. *in imag.*: Cypr. Fort. praef. 1 p. 317, 6 -a ..., quibus milites Christi ad spiritale ... certamen animarem. Fvlg. Rvsp. serm. 6, 2 p. 741^{A}. *v. et infra l. 62*). Porph. Hor. carm. 2, 7, 23 'quis' interrogative, sed cum quodam -o dicitur. Cypr. hab. virg. 24 p. 205, 2 -is vos mutuis excitate (*sensu christiano [v. p. 3009, 69]; item*: Lvcif. Athan. 1, 42 p. 140, 24 -a caelestia. Sacr. Leon. p. 325 praecursoris *Iohannis* -a [Sacr. Greg. 123, 1]. Mvtian. Chrysost. hom. 22, 2$^{in.}$ -a atque consolationes [*gr.* παρακλήσεις. *cf. p. 3009, 75*]. Isid. reg. monach. 2, 2. *cf. l. 41. 52 sqq*). laps. 9 p. 243, 7 mutuis. epist. 46, 2 p. 605, 8 -is petimus et rogamus. Lact. inst. 4, 1, 8 *sapientes possent* adsiduis -is liberare populum vitiis et erroribus (*vi morali; v. p. 3009, 67*). 5, 19, 9 oratione ... et -is. Lvcif. moriend. 3 p. 289, 29 Pauli ... ad te calcandum ... -is animamur: 'sumus *eqs.*' (*Vulg. Rom. 8, 16; sic spectat ad locos sacrae script.* [*v. p. 3009, 77*]: Favstin. trin. 5, 1 p. 70^{B} -a sacrae scripturae. Ambrosiast. in Eph. 6, 10 p. 401^{A} monita et -a. Verec. in cant. 7, 13 vox prophetalis ... -i. *v. et* Filastr. 132, 3 -o dei. Ps. Athan. ad mon. 5 p. 76^{C} *opp.* imperium). Clavd. Don. Aen. 3, 610 p. 342, 18. 5, 195 p. 446, 10 *al.* Hier. epist. 108, 21, 3. Cod. Theod. 9, 24, 1, 1 nefaria -a. Epist. pontif. 620 Schwartz p. 50, 19. Leander reg. praef. p. 878^{D} meo ... -o ... hanc tenes professionem (*sc. virginitatem*). *de verbis sim.* (*cf. infra l. 68*): Cypr. epist. 58, 2 p. 657, 24 *quando dominus* militiam nostram ... -o sui sermonis instruxerit. Symm. epist. 9, 99 (94) -um ... petitionis adicio, ut *eqs.* Clavd. Don. Aen. 10, 395 p. 343, 29 verborum. 11, 610 p. 509, 25 vocis (Hier. epist. 66, 2, 2 *equi* ad v. -a ferventes). *de tuba*: Cypr. Fort. praef. 4 p. 318, 29 *praecepta divina* sint militaris tubae -a.

β *acced. structurae rem efficiendam indicantes*: (I) *gen.* (*cf. p. 3003, 5*): Gell. 13, 25 (24), 21 *verba* (*sc.* βάσκ' ἴθι) -um esse acre imperatae celeritatis. Ivst. 3, 5, 9 in quibus *carminibus* -a virtutis ... conscripserat *Tyrtaeus*. Ps. Avg. serm. 27, 5 frequenter ... plagis disciplina corrigitur, si nihil proficiant -a iustorum (*nisi masc., sc. gen. subi.*). (II) *enunt. final.* (*cf. p. 3003, 20*): Cypr. epist. 43, 2 p. 591, 19 fomenta ... confessoribus et -a tribuebant, ne concordarent cum episcopo suo *eqs.* Optat. 3, 1 p. 68, 11 fuerant -a, ut (Clavd. Don. Aen. 3, 605 p. 342, 11. Op. imperf. in Matth. 2 p. 638$^{med.}$ mandata dei, ne peccent, aut -a, ut faciant bonum). (III) *praepos.* (*cf. p. 3003, 17*): Athan. Lucif. epist. 6 p. 325, 22 -a tua ad martyrium. p. 326, 6 -a in viam caelestem.

?b *impellitur res* (*cf. p. 3003, 56*): Cael. Avr. acut. 1, 15, 116 siquidem velut -o quodam humor liquidior faciat ad caput ascensum (*fere i. q. 'impetu', ut vid.; aliter Wissowa, GGA 1916, 675 'die durch den* umor liquidior *veranlaßte 'Anregung''*).

2 *spectat ad instrumentum hortandi: fere i. q. incitamentum, stimulus* (*c. gen. obi. p. 3003, 3; gen. rei efficiendae p. 3003, 5;*

[*Ehlers*]

ad *infra l. 17*; ut *infra l. 20*): **a** *varia*: Liv. 7, 11, 6 in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus -a animi tum subiecta oculis ... militem accendebant. Tac. hist. 4, 18, 2 *Civilis mulieres et liberos* consistere a tergo iubet, -a victoriae vel pulsis pudorem (*item acced. gen. rei efficiendae*: Gell. 9, 3, 4 curae diligentiaeque in liberorum disciplinas -um est *epistula Philippi*. Don. Ter. Eun. 584 -a [orn- *TC*] aggrediendae virginis. *cf. p. 3002, 67*). Apvl. Socr. 19 p. 164 cum ..., si omina (*sc. loquentium*; omnia *codd.*) observitaret, aliquando eorum nonnulla etiam -a haberet. **b** -o esse, -o existere (*infra l. 14*): Sall. Iug. 98, 7 ea cuncta Romanis ... magno ... -o erant. Cypr. laps. 6 p. 240, 25 *episcopos* et -o (orn- *var. l. ap. Aug. c. Cresc. 3, 36, 40 p. 448, 1*) esse oportet ceteris et exemplo (*item de hominibus*: Clavd. Don. Aen. 7, 470 p. 71, 1 *iuventus* ipsa sibi extitit -o. 12, 105 p. 565, 18. Leander reg. 4 p. 883^C quibus forma esse debes -o ac vitae bonae documento). Don. Ter. Andr. praef. 1, 7 *fabula* successu spectata prospero -o (orn- *ATCV*¹) poetae fuit ad alias conscribendas (*cf. p. 3002, 77*). Clavd. Don. Aen. 6, 180 p. 533, 28 ut non verba essent -o (-a *edd. vett.*), sed facta. 11, 610 p. 509, 29 *vox*. Cod. Iust. 1, 19, 1 (*a. 290*) sceleris atrocitas et ... fidei exemplum ... -o fuit, ut *eqs.* (*cf. p. 3002, 74*).

*****hortātio**, -ōnis *f.* *ab* hortari. Gloss. προτροπή. *inde a* Cic.; *omnes locos attuli praeter* Clavd. Don. *infra l. 38.* [*loco dub.*: Brvt. (?) Cic. ad Brut. 1, 17, 2.]

1 *i. q. actus hortandi, stimulatio* (*transfertur ad hortatores infra l. 46*): **a** *impelluntur homines*: Cic. orat. 66 *in historia* interponuntur ... contiones et -es (*in re militari* [*v. Kroll ad l.*]; *cf.* Tusc. 2, 37 nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus -o *apud Spartiatas*. Bell. Alex. 10, 5. 22, 2 [exh- *V*]. Sall. Iug. 60, 1). fin. 5, 6 mihi grata -o tua est. Att. 14, 17^A (= epist. 9, 14), 7 -o non est necessaria. epist. 11, 5, 1 -e ... non eges (11, 5, 3). ad Q. fr. 1, 1, 41 non -e neque praeceptis, sed precibus tecum fraternis ago, ... ut. 1, 1, 45 sine cuiusquam -e. Planc. Cic. epist. 10, 4, 2 admonitio tua me reprimere aut, si dubitarem, -o impellere posset. Liv. 40, 4, 12 Poris ... ad -em remigum nautarumque intentus erat (*cf. p. 3008, 43*). Apvl. met. 1, 10 mutua -e. Cypr. Fort. 8 p. 330, 15 divinae praedicationis -o (*cf.* Firm. math. 1 prooem. 7 -o tui sermonis). Paneg. 8, 14, 5 una vox et -o fuit. Clavd. Don. Aen. 3, 360 p. 317, 2 'fare age' -em poscentis significant, non auctoritatem iubentis. *al.* Avg. agon. 11, 12 p. 115, 24. Prisc. rhet. 11, 33 p. 559 in peroratione ... -bus uteris ([horteris *codd.*]. *Hermog. progymn. Spengel rhet. gr. II p. 18, 15 αἱ προτροπαί. cf. p. 3009, 26*). Cassiod. var. 2, 33, 1 ut ..., quod bona voluntate suscipitur, regalibus quoque -bus (orn-, ordin- *varr. ll.*; *antea*: iussionum) impleatur. Mvtian. Chrysost. hom. 21, 1 p. 365/6^extr. ⌊consolatio vel -o⌋, quae ipsis fit operibus (⌊ ⌋ *gr.* παράκλησις [*cf. p. 3009, 75*]; *item*: 21, 1 p. 367/8^med. non solum ... opus non habuistis -e vel c., verum etiam aliis -o et c. facti estis [*gr.* παρακλήσεως ... παράκλησις]. *aliter*: 28, 1 p. 409/10^in. -em et c. [orationem et c. *codd.*; *gr.* τὴν παράκλησιν καὶ τὴν παραμυθίαν]. *cf.* Ps. Primas. in Hebr. 10, 36 p. 757^A). 34, 2 p. 451/2^extr. 'sustinete verbum consolationis', hoc est verbum solatii, verbum -is (*gr.* παρακλήσεως ... παραμυθίας ... προτροπῆς). *acced. structurae rem efficiendam indicantes*: Cic. Phil. 9, 6 eorum -o ... ad requiescendum et vitae suae consulendum (Svet. Aug. 85, 1 [*inter libros Augusti*] '-es ad philosophiam'). Avg. in epist. Ioh. 7, 7^in. ut diligamus deum, -em habemus (*cf. l. 31*).

b *impelluntur res* (*subi. res l. 57*; *ad usum cf. p. 3002, 79*): Cael. Avr. acut. 2, 38, 223 sinapismi acrimonia -em fieri sudorum. chron. 5, 4, 62 (*de calculatione*) mulieres ... digitis immissis in muliebrem sinum sibimet ipsae -e quadam lapidem provocando dimiserunt.

2 *fere i. q. incitamentum* (*v. et supra l. 46*): Frontin. strat. 1, 12, 1 *Scipio prolapsus* id quod trepidationem adferebat, ... in -em convertit et '⟨pl⟩audite' inquit, 'milites, Africam oppressi'.

hortātīvus, -a, -um. [*ab* hortari, *cf.* indicativus *etc. J. B. H.*] [*var. l. pro* exh-: Qvint. inst. 5, 10, 83.]

i. q. vim hortandi habens: **1** *generatim*: Serv. auct. Aen. 9, 155 -a est oratio ad socios, ut audaciores esse debeant *eqs.*

2 *speciatim in serm. gramm.*: *spectantur*: **a** *imperat. vel coni. sim.*: Diom. gramm. I 338, 33 (*de imperativo plur. primae pers.*) quem *modum* quidam -um potius, non imperativum esse putaverunt, cum dicimus 'faciamus legamus' et similia (*cf.* Mart. Cap. 3, 310 qui decem *modos verborum memorant*, etiam -um adscribunt [orat- *var. l.*; *cf. vol. I 651, 58*]. Prisc. gramm. II 449, 17 ὑποθετικά ..., id est suppositiva sive -a *verba* [III 237, 6]. Gramm. suppl. 249, 12 magis -us ... quam vocativus *casus*). Clavd. Don. Aen. 4, 225 p. 384, 3 'vade' imperativum *verbum* est, 'age' -um cum imperativo (*cf.* Prisc. gramm. III 86, 17 -a *adverbia* 'heia, age'). *de vi cuiusdam coniunctionis* aut (*c. imperat.*): Dosith. gramm. VII 423, 20 (*de coniunctione 'aut'*) modo -a, ut (*Verg. Aen. 9, 495*) 'aut tu ... miserere' *eqs.* (*item* Diom. gramm. I 418, 16 [optativa *p*]). **b** *verba hortandi*: Prisc. gramm. III 276, 15 -a *verba* ...: 'excito, incito, hortor *eqs.*'

adv. **hortātīvē**. *i. q. cum vi hortandi*: Porph. Hor. epod. 16, 23/24 '... ratem occupare quid moramur ...?': hoc ... -e dicitur. Don. Ter. Eun. 377 -e (*om. TC*) 'orna me' dixit.

hortātor, -ōris *m.* *ab* hortari. Synon. Cic. p. 420, 27 B. 429, 26. Gloss. παρακελευστής. ? Gloss. III 205, 35 (*de nave*) protreptis orator (*i.* προτρέπτης -r). *legitur inde ab* Enn., Plavt., Cic. [*dub.*: Sen. epist. 109, 6 adiuvat etiam currentem -r (*Schweigh. et edd.*, adiuvant ... hortatur *codd.* [*cf. infra l. 28. 33. 38. 55*]; adiuvant ... hortaturi *Buech.*, adiuvat et iam c. hortatur *Watzinger, Hense ed. p. 633 sq.*; *cf. Axelson, Neue Senecastudien 118, 4*).]

***humilitās**, -ātis *f.* *ab* humilis. *plur. adhibetur de positione stellarum* (FIRM. *l. 71 sqq.*), *de difficultatibus vel angustiis variis* (FIRM. *p. 3116, 52. 54. 55*, FVLG. *p. 3117, 79*, PELAG. *p. 3117, 38*, AVG. *p. 3116, 72. 73*), *de generibus -is* (RVFIN. *p. 3117, 83*), *de actibus humiliationis* (CASSIOD. *p. 3119, 8*), *de locis* (AVG. *p. 3119, 41*). NOT. Tir. 40, 66. GLOSS.ᴸ II Philox. HU 7 -s: χθαμαλότης, εὐτέλεια. GLOSS. ταπεινότης. ταπεινοφροσύνη. ταπείνωσις. *gr. respondet* ταπείνωσις *p. 3116, 56. 79. 3117, 59. 3119, 3. 34*; ταπεινοφροσύνη *p. 3117, 23. 3118, 54.* *legitur inde ab* ACC., CIC. [*falso trad.*: HIPPOCR. aer. 19 p. 39, 18 (*pro* humid-). *v. et p. 3075, 19.*]

i. q. **condicio (status) humilis,** ταπεινότης (*transit interdum in notionem q. e.* humiliatio, *v. p. 3116, 42. 3117, 40. 48. 78. 3118, 52.* *nota fig. etym.* '-e humiliare' *p. 3101, 68 et gradationem* [?] '-s -is' *l. 77*):

CAPVT PRIVS: *usu generali* (*coniung. c. gen. explic. p. 3116, 39. 3119, 10. nota gen. gerundii p. 3117, 35. 3118, 40. 3119, 12. 17. 19*):

I *proprie*: **A** *de iis, quae oculis perspiciuntur*: **1** *de statura, forma*: **a** *i. q. status non altus*: CIC. nat. deor. 2, 122 aliorum *animalium* east -s, ut cibum terrestrem rostris ... contingant; quae autem altiora sunt *eqs.* (*item de bestia*: COLVM. 8, 2, 14. *cf. p. 3116, 76*). CAES. Gall. 5, 1, 3 *navium actuariarum.* SALL. Iug. 49, 5 arborum. SEN. nat. 4, 11, 2 excelsa sunt ista (*sc. Alpes, Appenninus*), quamdiu nobis comparantur; ... ubi ad universum respexeris, manifesta est omnium -s. PALLAD. 7, 2, 4 altitudinem vel -em *culmorum.* PHYSIOGN. p. 66, 10 oris (*gr. p. 373, 6* χθαμαλόν). MART. CAP. 2, 149 de -e aëris ..., qui vix decem stadiorum altitudine sublimatur. *de proclivitate montis*: AMM. 15, 10, 4 *iugum* e Galliis venientibus prona -e devexum, pendentium saxorum altrinsecus visu terribile (21, 10, 4 latus ... pr. -e deruptum).

b *i. q. status non profundus*: PORPH. Hor. carm. 2, 10, 4 *litus* periculosum propter -em vadorum.

2 *de positione locorum*: **a** *terrenorum* (*cf. p. 3119, 39*): SALL. hist. frg. 4, 26 spatium (*sc. inter Italiam Siciliamque*) ... per -em obrutum. PANEG. 5, 6, 5 quidquid -e sua fuerat uberius, in ... stagna conversum. AMM. 31, 15, 4 loci. **b** *caelestium*: CIC. div. 2, 91 quanta -e luna feratur terram paene contingens. Tusc. 5, 69 *sidera* multum inter se aut altitudine aut -e distantia. *t. t. astrol.* (*per sing. vel plur.*): FIRM. math. 6, 1, 7 benivolae *stellae* ... in absconsis locorum quodammodo -bus clausae. 6, 3, 11 *loci stellarum* ab omnibus deiectionum -bus separati (6, 3, 12. 13 *al. cf. p. 3116, 40*). 6, 32, 9 Mercurius in deiectis locis ... aut in -bus suis (6, 32, 11 *al. cf.* 7, 5, 1 dominus ... signi ... in -e sua aut in deiectis locis [*al.*]). FAV. EVL. p. 5, 27 *stellarum absidum* altitudo et altitudo altitudinis, -s ⟨et -s⟩ -is (*v. l. 47*) in lunari globo ... observantur.

B *de iis, quae auribus percipiuntur*: AVDAX gramm. VII 357, 22 *accentus* -em vel altitudinem syllabarum ostendunt.

II *translate*: **A** *de ordine*: **1** *generatim*: **a** *de ordine societatis humanae* (*tam de genere, loco quam de dignitate, auctoritate, censu sim.; de rebus ad hominem pertinentibus p. 3116, 17. 32; de civitate p. 3116, 6*): α *significatur quaelibet ignobilitas*: Ⓘ *in univ.*: ACC. trag. 99 satin ut quem cuique tribuit fortuna ordinem, numquam ulla -s ingenium infirmat bonum? CIC. Quinct. 5 nihil est, quod -em cuiusquam gravitas et virtus iudicis consoletur. Cluent. 112 -em hominis (*antea*: homo nobilis). Phil. 13, 23. off. 2, 45 -em et obscuritatem. 2, 85. Tusc. 5, 29 malorum ... turba: paupertas, ignobilitas, -s *eqs.* (5, 103. *cf. infra l. 23*). BELL. Afr. 97, 4 Thysdritanos propter -em civitatis certo numero frumenti multat. LIV. 5, 32, 7. 9, 46, 4. 23, 3, 11 -em sordidamque inopiam (CVRT. 4, 1, 24). 26, 31, 4. 6. SEN. contr. 1, 6, 4 -em suam cum obscurare possint, ostendunt *Romani.* 2, 1, 4 quae apud nos frugalitas est, apud illos (*sc. locupletes*) -s est. 7, 6, 19 (*opp.* dignitatem. SEN. clem. 1, 1, 4). *al.* VAL. MAX. 2, 3, 1 -em spernere (*Marii*). *al.* SEN. dial. 6, 20, 2. 9, 10, 3 quosdam nobilitas, quosdam -s premit. epist. 115, 6 poterimus perspicere virtutem ... etiam paupertate opposita, etiam -e et infamia obiacentibus. 120, 21 *mente inconstans* modo dilatat se ..., modo ... contrahitur infra -em vere iacentium (*sim. de vitae consuetudine*: SPART. Carac. 2, 3 fratrem magna eius -e despexit). *al.* PLIN. nat. 35, 112 (*de rebus pictis; v. p. 3108, 70*). QVINT. inst. 7, 2, 32 paupertas, -s, opes. PS. QVINT. decl. 13, 1. PLIN. paneg. 71, 5 neque ... ab ullo periculo fortuna principum longius abest quam -is (*antea*: magnitudinis). DIOM. gramm. I 489, 29 (= SVET. frg. p. 14, 7) personarum (SCHOL. Cic. Bob. p. 99, 22. 145, 20). APVL. apol. 16 abdita et lucifuga. TERT. idol. 18 p. 52, 13 dominus in -e et ignobilitate incessit (*item de Christo*: RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 13 *primum adventum* in -e complevit, cum 'formam servi suscepit'. AVG. serm. 279, 7. EVAGR. alterc. p. 29, 9 -em et deformitatem. CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 160, 10 Christi in Bethleem -em [*I 1, 2 p. 88, 25* εὐτέλειαν]. *v. et p. 3117, 21*). adv. Marc. 4, 14 p. 460, 24. CYPR. hab. virg. 3 p. 189, 19 -is nostrae ... conscii (*aliter p. 3119, 33*). ARNOB. nat. 1, 36 p. 24, 13 contempta. 7, 39 p. 272, 15 rusticulo ... sorte -is obscuro. FIRM. math. 3, 11, 5 -em paupertatemque. 6, 11, 12 miserae -is deiectione (*cf. etiam l. 40*). 7, 26, 7 ignobili. *et al.* *c. gen. rei* (*corporeae l. 41; explicative l. 39*): SALL. Iug. 73, 4 generis (SVET. Vesp. 4, 5. CAPITOL. Maximin. 8, 9 barbarici. SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 10. *et al.* *aliter l. 46. 84*). SEN. contr. 1, 6, 4 nominis (SVET. Vesp. 4, 5). PLIN. nat. 18, 37 infima natalium -e (SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 15). PAVL. sent. 5, 15, 1 (= coll. Mos. 9, 3, 1) quos *testes* ... vitae -s infamarit (*opp.* vitae qualitas et dignitas [*spectat et ad p. 3117, 82*]. FIRM. math. 4, 21, 8. 6, 31, 56). TERT. patient. 10 p. 16, 2 *servi* memores -is servitutis (*opp.* dominici honoris). FIRM. math. 4, 24, 2 misera deiectionis -e (6, 1, 4 caduca. *cf. l. 30 et p. 3115, 73*). 6, 30, 7 ignobilis concubitus. HIER. epist. 39, 1, 3 vestium (*al.*). Ⓘⓘ *de iactura nobilitatis fere i. q. humiliatio*: PS. QVINT. decl. 4, 11 homo receptus in publicas gratulationes praesentiae -e decresco. COD. Theod. 8, 5, 2 regradationis -e. GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 275, 22 non fuit minor morti -s subsecuta. 6, 36 p. 276, 14 ad ulciscendam -em generis (*aliter l. 32. 84. cf.* 10, 28 p. 440, 4 -s genti nostrae *non est*). 7, 39 p. 320, 17 Rigundem ... reduxit non sine grande -e atque contumelia (8, 7 p. 330, 12). 8, 18 p. 337, 20 cum -e repulsus. *al.*

β *significatur afflictio, calamitas, miseria sim.* (*c. gen. explic. l. 54. 72. 73*): Ⓘ *usu gentili* (*fere i. q.* '*difficultates*', '*angustiae*'; *per plur.*): FIRM. math. 5, 3, 50 erunt terrores, erunt peregrinationes, erunt tales -es, ut ad detrimentum captivitatis et servitutis veniant. 5, 4, 19 in aegritudinibus et turbis et ... dissensionibus et in negotiorum -bus. 5, 4, 24 in angustiis et in difficillimis actibus, notationibus, -bus. Ⓘⓘ *usu bibl. et eccl.* (*per sing. praeter l. 72. 73; resp. gr.* ταπείνωσις. *subintellegitur interdum etiam contritio animi* [*v. sub B*]; *cf.* AMBR. in psalm. 12, 28, 2 -s non semper virtutis est, sed est etiam afflictionis. HIER. in psalm. 135 p. 93, 7 -em non pro mansuetudine, sed pro angustia posuit. PROSP. in psalm. 134, 11 p. 385ᴮ -s poenalis. CASSIOD. in psalm. 118, 92 p. 866ᶜ -s ... et necessitate subitur et voluntate suscipitur): ITALA gen. 16, 11 (Lugd.; *loq. angelus ad Hagar*) exaudivit deus -em tuam (*Vulg.* afflictionem). 31, 42 (Lugd.) -em meam (*sc. Iacob servientis*) et laborem manum mearum (*Vulg.* afflictionem. VVLG. deut. 26, 7 -em ... et l. atque angustiam. psalm. 24, 18). Sirach 2, 4 (Paul. Nol. epist. 15, 4 p. 113, 21) in -e sustine (VVLG. in dolore sustine et in -e patientiam habe). Is. 53, 8 (Firm. err. 27, 5; = VVLG. act. 8, 33) in -e iudicium eius sublatum est (*Vulg.* de angustia et de iudicio). AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 5, 2 dominus non frangi nos -e usque ad desperationem vult, sed usque ad correptionem. VVLG. gen. 29, 32 vidit dominus -em meam (*sc. Leae*). psalm. 9, 4 vide -em meam de inimicis meis. Is. 32, 19 (*v. p. 3101, 68*). *al.* AVG. civ. 17, 12 p. 232, 23 D. graves -es persecutionum (*cf.* 18, 13 p. 272, 5 -es laborum). *et al.*

b *de ordine bestiarum homine inferiorum*: FIRM. math. 8, 1, 4 ceteras ... animantes ita natura composuit, ut ad terram demersae et caduca quadam -e proiectae et animo et corpore (*cf. p. 3115, 52*) terrenis ... conversationibus adhaererent; nos vero *eqs.*

c *de ordine hominum deo (natura l. 81) inferiorum* (*resp. gr.* ταπείνωσις, *sed nota p. 3117, 23*): α *in universum* (*imagine dilucida p. 3117, 5. 7*): SEN. nat. 3 praef. 10 multis rebus non ex natura sua, sed ex -e nostra magnitudo est (MIN. FEL. 5, 6 ultra -is n. terminos evagamur. ITALA Phil. 3, 21 [codd. dg *al.*] *et* VVLG. corpus -is n. [CYPR. epist. 76, 2 p. 830, 12. *cf. p. 3117, 3*]. *et al.*). ARNOB. nat. 4, 19 p. 156, 29 terreni generis. 7, 34 p. 268, 10 *homines* intra

[Klepl]

suos fines -is suae modestiam continerent (*antea*: cum superis). HIL. in Matth. 16, 2 corporeae (*cf. etiam l. 30*). HIER. in Ier. 5, 52, 2 ut corpus -is assumant (5, 66, 11 [*syn.* ad terrena descenderent]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 9, 4 superior a c. -is huius. *cf. l. 29. p. 3116, 83*). tract. in psalm. I p. 89, 12 non ... in paradisi altitudine, sed in -e terrae (*cf.* CONSVLT. Zacch. 1, 1 p. 8, 19 terreni actus -em cognoscat *Christus*). AVG. civ. 8, 14 p. 342, 7 D. de deorum sublimitate et hominum -e et daemonum medietate (in psalm. 89, 3 *opp.* celsitudines angelorum). 18, 49 p. 333, 8 praesentem (*opp.* futuram ... celsitudinem). in euang. Ioh. 80, 2 humanam (*opp.* angelicam sublimitatem. MART. CAP. 9, 924 psaltas [*eqs.*] ... ad commodum h. -is [β, utilitatis *cett.*] inveni [*sc. Harmonia*]. *cf. infra l. 33; aliter p. 3119, 27*). SACR. Gelas. p. 582 (= p. 602 SACR. Greg. 96, 8) gregis (*opp.* fortitudo [*vel* celsitudo] pastoris). APRING. in apoc. 1, 11 humanitatis. 1, 17 fragilitatis suae et -is et subiectionis (*opp.* deitas). *de rebus, quae ad hominem pertinent*: PRISCILL. tract. 6, 92 p. 70, 2 necessarium est ... -em sermonis nostri in ea, quae inenarrabilia videntur, extendere. RVFIN. Orig. in iud. 8, 2 p. 510, 17 qui ... ab -e litterae ad spiritus excelsa conscendit *eqs.* AVG. civ. 2, 7 p. 61, 1 D. viam pietatis ab -e in superna surgentem. *adde de opere deo indigno*: APVL. mund. 25 -s deiecti et minus sublimis officii. β *pertinet ad incarnationem Christi* (*cf. p. 3116, 23; spectat huc et* RVFIN. Adamant. 1, 25 p. 49, 14 *et* 24, *etsi resp. gr.* ταπεινοφροσύνη, πραΰτητι): TERT. apol. 21, 15 in -e condicionis humanae (adv. Marc. 3, 7 p. 387, 16 PS. TERT. adv. Iud. 14 p. 740 Oe.). 21, 17. bapt. 11 p. 210, 18 *se* -e celabat. adv. Marc. 2, 15 p. 356, 16 *deum* humani habitus -em suscepisse. 2, 27 p. 372, 26 *nisi* vim maiestatis suae, intolerabilem ... humanae mediocritati, -e temperaret. *al.* CYPR. idol. 13 p. 29, 15 *Iudaei* illum crediderant hominem ... de -e carnis et corporis (HIL. in Matth. 16, 1. *et al. cf.* HIL. in Matth. 14, 18 corporea [25, 8 trin. 6, 25 p. 176^{B}. *cf. etiam l. 2*]. CHROMAT. in Matth. 5, 5 assumpti corporis). LACT. inst. 4, 16, 12 *al.* HIL. in Matth. 32, 3 hominis (HIER. epist. 65, 13, 6. *cf.* AVG. catech. rud. 4, 8 humanae [APRING. in apoc. 1, 7. *cf. supra l. 10*]). in psalm. 56, 6 p. 172, 16 descendendi usque in inferiora terrae -s esset assumpta. trin. 2, 25 p. 67^{A} -s eius nostra nobilitas est. FILASTR. 93, 8. HIER. in Ier. 4, 28, 2 p. 246, 12 corpus -is assumere (*cf. etiam l. 3*). PELAG. in I Tim. 3, 9 *nisi* confunditur de -bus (-e *A al.*) Christi. AVG. catech. rud. 17, 28 nostrae mortalitatis. EVAGR. alterc. p. 32, 5 primi adventus Christi (p. 33, 9). *et al.* *fere i. q. humiliatio*: HIL. in Matth. 16, 8 -is et passionis eius (*sc. Christi*). 18, 3 (*bis*) -s passionis (AVG. civ. 17, 17 p. 242, 4 D. suae). 26, 1 ex -e mortis dei gloria (CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 6). BOETH. c. Eut. 5, 85 tanta -s divinitatis. NICET. fid. 2 p. 11, 29 filii dei incarnationem, -em, passionem.

d *de ordine rerum* (*cf. l. 16 sqq. p. 3115, 82*): α *in universum* (*fere i. q. humiliatio l. 48*): PLIN. nat. 14, 7 oblitterata quoque scrutabimur nec deterrebit quarundam rerum -s (*opp.* flores ... rerum). TAC. dial. 39, 1 quantum -is putamus eloquentiae attulisse paenulas istas, quibus adstricti ... cum iudicibus fabulamur? TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 26 *nationes* -e fidei pusillas (*aliter p. 3119, 14*). β *de genere dicendi* (*technice l. 56 sqq.*): ARNOB. nat. 1, 59 p. 40, 14 *scimus* quosdam ... trivialem studio -em (*sc. verborum*) secutos, ne ... sophistica se ... ostentatione iactarent. PALLAD. hist. mon. I praef. p. 247$^{in.}$ nec respue elocutionum -em, rusticitatem verborum (*gr. p. 10, 23* τὴν ὑποθήκην τῶν ὑφηγήσεων κτλ.). *technice* (*cf. p. 3109, 8*): PETRON. 4, 5 ne me putes improbasse schedium Lucilianae -is. QVINT. inst. 5, 14, 30 si ... contemptum ex -e ... tulerit *eloquentia*. 8, 3, 21 vim rebus ... verborum ipsa -s adfert. 8, 3, 48 deformitati proximum est -is vitium (ταπείνωσιν vocant), qua rei magnitudo ... minuitur (*item de tapinosi*: DON. gramm. V 395, 13 ISID. orig. 1, 34, 11. *cf. p. 3109, 52*). 9, 4, 35 ut neglegentiae pars hoc (*sc. vitium hiatus*) pati, ita -is, ubique perhorrescere. PORPH. Hor. carm. 1, 6, 12 suum vitium non aliud quam -em vult intellegi. 3, 3, 71/72 magnas res, quae heroico ... carmini conveniunt, extenuare -e lyrici carminis. SERV. Aen. 1, 118 Vergilius -em sermonis ... sublevat (8, 456). ADNOT. Lucan. 2, 90 ad -em dictum.

2 *specialia*: a *de defectu virium fere i. q. infirmitas, imbecillitas* (*de humiliatione l. 78*): CAES. Gall. 5, 27, 4 (*loq. Ambiorix*) id (*sc. se a multitudine coactum esse*) se facile ex -e sua probare posse, quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum Romanum superari posse confidat. ITALA Is. 53, 3 (Iunil. 2, 22 p. 518, 13) homo ... sciens ferre -em (*gr.* μαλακίαν, *Vulg.* infirmitatem, *Itala Tert. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 4* imbecillitatem). PORPH. Hor carm. 3, 21, 18 per ebrietatem homines -is suae obliti in maiorem sui fiduciam exsurgunt. CYPR. epist. 59, 18 p. 689, 4 nullus dei sacerdos sic infirmus est, ... cuius non -s et infirmitas robore domini ... animetur. FIRM. err. 27, 4 ideo te (*sc. diabolum*) de caelo ... divinitatis iudicium caduca -e praecipitat? FVLG. act. mund. p. 151, 19 *deus* -es sublevans infirmorum. *technice in re medica*: CAEL. AVR. acut. 1, 9, 66 *cum* pulsus ... densitas et -s in amplitudinem atque raritatem venerit (1, 11, 86).

b *de defectu honestatis fere i. q. turpitudo, improbitas sim.* (RVFIN. Orig. in Ios. 20, 5 p. 423, 3 duas -es esse certum est, nam laudabilem [*v. p. 3118, 48*] ...; est autem et alia -s culpabilis peccatorum [*ibid.* -s inanis]): QVINT. inst. 5, 7, 30 si turpitudo, si -s, si amicitia accusatoris, si inimicitiae cum reo (*sc. testi sunt*). APVL. Plat. 1, 2 ni Socrates -em cupiditatis ex eius mentibus expulisset et verae laudis gloriam ... inserere curasset (FIRM. err. 14, 1 deos ex c. suae -e finxerunt). SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 2 acerbissime -em personae orator expressit. COD. Theod. 16, 2, 41 miserae -is inclinati despectu (*presbyteri maculati*). *v. et p. 3116, 37.*

B *de statu animi demisso*: 1 *de submissione, quae fit vi aliena* (*sc. affectibus*), *fere i. q. confusio, perturbatio*: CIC. Tusc. 3, 27 habet ardorem libido, levitatem laetitia gestiens, -em metus. CAES. civ. 1, 85, 5 neque ... se (*Caesarem*) illorum (*ducum hostium*) -e (*Ald.*, humanitate *codd.*) neque aliqua temporis opportunitate postulare *eqs.* APVL. met. 8, 5 qui⟨d⟩ stupore confusi vel ... cassa formidine similes -i servorum istorum (*sc. comitum venatorum*) vel in modum pavoris feminei deiecti ... praedam ... amittimus? FIRM. math. 6, 1, 3 a pigrorum locorum inerti -e dissentiunt (*loci stellarum quasi pro hominibus hac constellatione natis*). VVLG. I Macc. 3, 51 sacerdotes tui facti sunt in luctum et in -em (*cf.* PAVL. NOL. epist. 15, 2 p. 111, 23 [*ibid.* contritiones]. AVG. serm. 211, 7, 6 in tanta -e ac perturbatione. *aliter l. 48 sqq. p. 3116, 56 sqq.*).

2 *de submissione voluntaria fere i. q. obsequium, mansuetudo, modestia*: a *usu generali* (*in neutram sive malam partem praeter l. 35. 36. 38. 47*): CIC. de inv. 1, 109 saepe virtus et magnificentia ... plus proficit ad misericordiam commovendam quam -s et obsecratio. de orat. 1, 228 (*de liberis populo traditis*). LIV. 38, 52, 2 summittere se in -em causam dicentium. SEN. dial. 2, 10, 2 -s animi contrahentis se ob dictum factumve inhonorificum (2, 10, 3 supprimentis se ac descendentis). PETRON. 126, 11 quod ancilla haberet matronae superbiam et matrona ancillae -em. PLIN. nat. 10, 180 ut asinorum coitum patiantur -e *equae tonsae*; comantes enim gloria superbire. QVINT. inst. 11, 3, 69 deiecto *capite* -s et supino adrogantia ... ostenditur. PLIN. epist. 8, 6, 15 ut vellent in oculis omnium figi Pallas insolentiam suam, patientiam Caesar, -em senatus. paneg. 4, 5 reverentiam ille *imperator* terrore, alius amorem -e captavit. CYPR. epist. 66, 6 p. 730, 24 latrones mancipi obsequio pleno -is obtemperant (SCHOL. Cic. Bob. p. 170, 17). ARNOB. nat. 1, 23 p. 15, 23 si se sibi aliquis adulatoria -e summittat. DON. Ter. Hec. 378 'accidere' est gestu corporis ostendere -em cadentis. AMM. 17, 1, 12 precibus et -e suprema. 17, 12, 10 supplicandi (*cf.* MART. CAP. 5, 458 exorandi -em precesque. BOETH. cons. 3, 8, 3 W. poscendi). SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 8 ambitio est ... favoris ... supplex et cum lenocinio -is adfectatio gratiosa. CLAVD. DON. Aen. 10, 610 p. 370, 23 sermonis. TRACT. c. Arrian. p. 14, 33 quod duobus ... modis homines hac sermocinandi consuetudine (*sc. pluraliter loquendi*) uti soleant, potestatis scilicet et -is. AVG. civ. 10, 4 p. 407, 20 D. sive -e nimia sive adulatione pestifera. serm. coll. Morin p. 553, 13 reddatur *Caesari* ... -is ordo, etsi principatum non habet potestatis.

b *usu christiano* (*cf.* MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 2 p. 1271^{B} -s animi deiectio est. OP. imperf. in Matth. 15 p. 718 -s corporalis *est* assurgere homini ...; -s spiritualis, qui in corde suo alterum existimat meliorem quam se. *v. et p. 3116, 57 sqq. 3117, 84.* *usurpatur tam de virtute animi propria quam de actu quodam humiliationis, quae fit cum in confessione, paenitentia sim. tum in ieiunio [nota l. 62. 64. 71]; gr. resp.* ταπεινοφροσύνη *praeter p. 3119, 3; afferuntur loci paucissimi*): TERT. orat. 17 p. 190, 22 cum modestia et -e adorantes (virg. vel. 16 p. 907 Oe. CYPR. epist. 59, 13 p. 681, 6 et pudor. *et al.*). 23 p. 197, 4 nulla oratio sine genu et ... -is more celebranda est. patient. 15 p. 22, 20 -em instruit, paenitentiam exspectat. adv. Marc. 5, 19 p. 646, 11 volentes in -e sensus incedere, non tenentes caput (ITALA Eph. 4, 2 [Firmil. Cypr. epist. 75, 24 p. 825, 23] cum omni -e s. [-e cod. d g, VVLG.]. Col. 2, 18 [Lucif. non conv. 10 p. 20, 8; *cf.* cod. g] in -e s. [*sc. ieiunio*; in -e cod. d, VVLG.] et religione angelorum. *et al. cf.* TERT. cult. fem. 2, 9 p. 727 Oe. animae [HERM. Pal. *et* vulg. sim. 5, 3, 7 *syn.* ieiunium. *et al.*]. HIL. in Matth. 24, 1 cordis [GAVDENT. serm. 18, 116 G. *et al.*]. trin. 2, 26 p. 67^{A} voluntatis. AMBR. Hel. 8, 22 mentis [HIER. epist. 121, 10, 14. *et al.*]. FVLG. RVSP. epist. 6, 12 p. 352^{B} animi). coron. 14 p. 454 Oe. *feminae habeant* -is suae sarcinam (*sc. tegumentum capitis*). fug. 1 p. 463 in ieiuniis et stationibus et orationibus et -e. cult. fem. 1, 4 p. 706 -is et castitatis. 2, 3 p. 718 *opp.* exaltatio (CYPR. zel. 10 p. 425, 19). *al.* HERM. Pal. (*cf.* vulg.) vis. 3, 10, 6 omnis interrogatio -em (*sc. ieiunium*) opus habet. CYPR. domin. orat. 15 p. 277, 22 in conversatione. 26 p. 286, 26 dominus ... -em docens (epist. 59, 3 p. 669, 10. *et al.*). epist. 38, 1 p. 580, 16 et dignitate excelsus et -e summissus. *al.* MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 563, 1 -s atque subiectio. HIL. in Matth. 11, 9 ieiunium, continentia, -s, humanitas. 18, 1 dominicae. OPTAT. 2, 20 p. 57, 10 *opp.* superbia (HIER. epist. 12, 2. *et al.*). AMBR. epist. 1, 4 p. 877^{B} -em ... in imperatore sublimem (SERM. Corp. Vind. 21 p. 347, 19. *et al. cf.* AVG. civ. 4, 30 p. 185, 9 D. peraltissimam Christi [epist. 48, 1 p. 137, 13 altissimam]. SEDVL. op. pasch. 2, 16 p. 219, 10 superba nimis [*carm. pasch. 2, 227* humili ... mente]). PS. AMBR. serm. Sess. 1, 6 p. 118^{A} christianae -is celsitudine (RVFIN. Orig. in iud. 3, 1 p. 480, 21. *et al.*). HIER. epist. 3, 1, 3 Christi (RVFIN. Orig. in Ios. 5, 1 p. 314, 12. *et al. cf.* AVG. civ. 9, 20 p. 395, 20 D. dei [*opp.* superbiam *generis*

[Klepl]

humani]. LEO M. serm. 25, 6 p. 212^A -e et mansuetudine redemptoris. *adde*: VITAE patr. 5, 15, 14 -e mandatorum Christi Iesu [*opp.* superbiae diabolicae. *gr. Cot. p. 420^B* ταπεινώσεως]). 18^A, 15, 4 -em . . . et mansuetudinem (64, 21, 4 iustitia, -e, m. *eqs. cf. l. 1*). VVLG. Dan. 3, 39 in animo contrito et spiritu -is (PAVL. NOL. epist. 38, 1 p. 324, 1. *cf.* 12, 5 p. 78, 11 corde -is). RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 545^B qui (*i. Orig.*) se ita -e (*fere i. q.* '*prae -e*') iudicat. AVG. civ. 1 pr. p. 3, 20 D. virtus -is. CASSIOD. in psalm. 33, 18 p. 239^A per -es inclinatas (*v. p. 3115, 38*). *et passim.* *acced. gen. explic.*: CYPR. epist. 55, 8 p. 629, 16 pro -e ingenitae . . . et custoditae verecundiae. PAVL. NOL. epist. 28, 6 p. 247, 8 non dominandi superbia, sed -e famulandi. 29, 4 p. 250, 24 confessionis (AVG. gen. ad litt. 11, 35 p. 369, 20 c. Fel. 2, 8 p. 837, 10 GILD. Brit. 72 chron. III p. 67, 4). AVG. civ. 18, 45 p. 328, 5 D. patientiae. enchir. 27, 103 fidei christianae (*aliter p. 3117, 50*). fid. et op. 26, 48 p. 94, 19 paenitentiae (c. Faust. 22, 87 p. 693, 10 *al.* GREG. M. moral. 3, 43 p. 621^C. *cf.* ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 19 paenitendi). CASSIAN. conl. 1, 20, 5 propositi. CONC. Aurel. a. 511 p. 7, 1 religionis. Epaon. a. 517 p. 25, 14 in paenitentum loco standi et orandi. BENED. reg. 61 caritatis. *pro formula modestiae in serm. epist.*: ENNOD. epist. 2, 10, 4 vos famuli -e et obsequio salutans. 6, 31, 2 famulatus mei -em exhibens.

CAPVT ALTERVM: *metonymice*:

I *de hominibus humilibus* (*per sing.*): **A** *in universum*: CIC. S. Rosc. 136 -em cum dignitate de amplitudine contendere. VAL. MAX. 3, 8, 7 ut -s amplitudinem venerari debet, ita nobilitati fovenda . . . bonae indolis novitas est. PS. SEN. epist. Paul. 12 si effari -s potuisset humana (*aliter p. 3117, 10. 33*), quid causae sit (*sc. incendii Romae*).

B *c. pron. poss. in serm. epist.*: **1** *de prima persona*: HIL. syn. 5 p. 483^C -is meae litteris (92 p. 546^A. AVG. serm. 111, 2, 2 [*opp.* caritatem vestram]. RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 39, 30 [*I 1, 5 p. 125, 14* βραδυτῆτος]. II 3, 1 p. 243, 28 [*antea*: parvitas]. *et al.*). OPTAT. 1, 4 p. 6, 15 audias . . . -is nostrae responsa (PAVL. NOL. epist. 3, 1 p. 13, 10 *al.* CONC.^S II 3, 3 p. 101, 16 [*II 1, 3 p. 88, 6* ταπεινώσεως]. *et al. aliter p. 3116, 28*). **2** *singulariter de secunda persona*: GREG. M. epist. 11, 2 p. 261, 6 sanctitatem vitae tuae -is tuae testatur epistola.

II *de locis humilibus* (*per sing. vel plur.*; *cf. p. 3115, 65*): PANEG. 5, 6, 8 supra saxa perpetua sunt, infra -s pruinosa. AVG. in psalm. 103 serm. 2, 10 p. 1356^in. colles et montes tumores terrarum sunt, valles . . . -es terrarum.

deriv.: humilitatula, humilito.

humilitātio *v. p. 3099, 34 sqq.*

humilitātula, -ae *f.* [*ab* humilitas *demin., cf.* paupertatula *sim. J. B. H.*] *fere i. q. vilis humilitas* (*pro formula modestiae*): RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 135, 27 *deus* gubernabit . . . et sanctitatem tuam et -am nostram.

humilito, -ātum, -āre. *ab* humilitas, *cf.* debilito, nobilito *sim.* [*var. l.* humilio *l. 53. 59. 63; cf. p. 3100, 56.*]

i. q. humilem reddere: **1** *proprie*: FIRM. math. 4, 19, 12 quod si in his, in quibus -atur, signis . . . fuerit *Iuppiter*. *in imag.*: AVG. conf. 9, 4, 7 quemadmodum me complanaveris (*domine*) -tis (humiliatis *var. l.*) montibus et collibus cogitationum mearum (*cf. p. 3100, 74*).

2 *translate*: **a** *de ordine*: FIRM. math. 4, 12, 10 *constellatio* patrimonium minuit, -at vitam. 4, 16, 2 si . . . se Marti coniunxerit *Luna*, ambos parentes [faciet] -at[em], patri miserias indicit. AMM. 29, 2, 15 -ti tot rerum apices . . . , et praecipue consulares. 30, 4, 2 ad -andam (humiliandam *dett.*) celsitudinem potestatis. SCHOL. Cic. Bob. p. 81, 5 maternum genus -are conatus est (*sc. verbis*). GREG. TVR. Franc. 3, 33 p. 137, 2 *Asteriolus* valde -tus est et ab honore depositus. **b** *de animo* (*reflexive*): ITALA Sirach 3, 20 (Aug. cons. euang. 4, 10, 20) quanto magnus es, tanto -a (humilia *var. l., Vulg.; gr.* ταπείνου) te in omnibus.

deriv.: ? humilitatio (*l. 43*).

humilitūdo, -inis *f.* *ab* humilis, *cf.* altitudo. GLOSS. II 451, 45 (*v. p. 3099, 35*). 498, 44 -o: ταπείνωμα. 582, 6 -o: humilitas.

humilo *v.* 1. humilio. *Klepl.*

1. *humo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* humus. *J. B. H.*] *aspirandum sec.* GRAMM. suppl. 299, 2 (*cf.* CHAR. gramm. p. 472, 34 B.). NOT. Tir. 37, 46^a -tus. *de etym. et notione*: VARRO ling. 5, 23 quod terra sit humus, ideo is -tus mortuus, qui terra obrutus. CIC. leg. 2, 57 quod nunc communiter in omnibus sepultis venit usu, ut -ti dicantur, id erat proprium tum (*aet. Enni*) in iis, quos humus iniecta contexerat, eumque morem ius pontificale confirmat; nam prius quam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis; ⌊iniecta gleba tum et illis -tus est et gleba vocatur⌋ (⌊ ⌋ *dub., v. app. crit. et cf. Vahlen, Philol. Schr. I 557*). Tusc. 1, 36 in terram . . . cadentibus corporibus iisque humo tectis, e quo dictum est -ari. PLIN. nat. 7, 187 sepultus . . . intellegatur quoquo modo conditus, -tus vero humo contectus (*sententiam del. Mayhoff ut additamentum librariorum*). CASSIOD. gramm. VII 200, 4 (*ex Eutyche*) postumus post -tum, id est post sepultum, patrem natus (*cf. p. 3099, 18*). DIFF. gramm. suppl. 285, 14 humus locus sepulturae ab -ando dictus. SYNON. Cic. p. 419, 2. 444, 5 B. ISID. diff. 1, 552 humus . . . inferior et deorsum et humida, unde et -ti sepulti. orig. 10, 121 -tus, quod sit humo tectus, id est sepultus. 11, 2, 37 sepelire . . . est condere corpus; nam -are obruere dicimus, hoc est humum inicere. GLOSS.^L III Abol. HU 1 -are: in terra recondere. 2 -andus: terra tegendus. Abstr. HU 3 -tus: sepultus (V Abba HU 3). GLOSS. II 326, 32 θάπτω: -o sepelio tumulo. IV 445, 12 -andum: humo tegendum vel sepeliendum. *legitur inde a* VARRONE, CIC., LVCR. LEGE Vrson.; *part.* -tus *inde a* VARRONE, CIC., SALL. (*cf.* inhumatus *inde a* PACVV.). [*e coni. dub.* (*notione sepeliendi debilitata vel neglecta fere i. q.* '*terra obrutus*'): ITIN. Alex. 35 eius † pars fertur Tanaidos ⌊-ta⌋ paludibus Maeotis emergere denuo (⌊ ⌋ *sic post Kochium Volkmann in ed.* [*cf. 39* '*amnes* sepulti'; *v. et Tert. pall. 2 p. 921 Oe.* 'fluminum viae obhumando *mutant*']; humo Asia *cod.*; humo hausta *suspic. Haffter* [*cf. 39* '*amnis* harenis bibitur' *et* 'amnes hauriantur'; *de script.* aust- *v. 12 et 39*]). *dub. trad.*: TERT. apol. 10, 10 *imperatores* luctu publico ⌊-tos⌋ mortuos *confitentur Romani* (⌊ ⌋ *cod. Fuld., om. cett.; v. Löfstedt, Krit. Bem. z. Tert. Apol. 49*). COD. Theod. 9, 17, 7 (*v. p. 3084, 22*).]

i. q. **θάπτειν, sepelire** (*de ratione inter hanc vocem et* -are *intercedente v. s.* sepelire):

I *proprie*: **A** *generatim de ritu sepeliendi*:

1 *usu strictiore i. q. humo obruere*: **a** *pressius et explicite opposito ritu comburendi* (*cf. p. 3119, 74. 81; aliter infra l. 35*): CIC. leg. 2, 58 'hominem mortuum', inquit lex in duodecim, 'in urbe ne sepelito neve urito' . . . ; quod . . . addit 'neve urito', indicat non qui uratur sepeliri, sed qui -etur. LEX VRSON. (CIL I^2 594) 73, 4 ne quis intra fines oppidi . . . hominem mortuom inferto (*cf. p. 3121, 9*) neve ibi -ato neve urito neve . . . monimentum aedificato. MIN. FEL. 34, 10 nec . . . ullum damnum sepulturae timemus, sed veterem et meliorem consuetudinem -andi frequentamus (*cf. 11, 4 Christiani* damnant ignium sepulturas).

b *in universum* (*cf. p. 3119, 73 sq.; add.* terrā *l. 41; cf. p. 3121, 22*): *-atur corpus* (*caput p. 3121, 2*) *mortui sive integrum sive crematum* (*aliter p. 3121, 26; -antur cineres l. 78. p. 3121, 4*):

α *de hominibus*: VARRO frg. Non. p. 163 quod -tus non sit, heredi porca praecidanea suscipienda. CIC. carm. frg. 41, 2 B. (Tusc. 3, 59) multi⟨s⟩ sunt -andi liberi (*Eur. frg. 757, 3 N.*^2 θάπτει). de orat. 2, 353. Brut. 73 *Themistoclem* Thucydides . . . scripsit in Attica clam -tum (*Thuc. 1, 138, 6* τὰ . . . ὀστᾶ . . . τεθῆναι). leg. 2, 63 ius terra -andi. Tusc. 1, 108 corpora (VERG. Aen. 6, 161 PROP. 2, 13, 49 TAC. ann. 4, 73, 3. 6, 29, 1. *et al. cf.* HIER. epist. 39, 5, 4 corpusculo). nat. deor. 3, 57. div. 1, 56 cum ignotum quendam mortuum vidisset eumque -isset *Simonides* (*cf.* FEST. *l. 66.* ITALA gen. 23, 4 [Tert. resurr. 18 p. 51, 1] -bo m. meum [θάψω, *Vulg.* ut sepeliam]. HIL. in Matth. 7, 11. CIL VI 35876 neve alium quem mor⟨tuum⟩ inferto neve -ato neve oss⟨a⟩ ponito). 1, 88 in quo *solo* est -tus *Amphiaraus* (*cf.* VAL. MAX. 8, 15 ext. 3 locum, quo -tus est *A.*). 2, 135. LVCR. 6, 1279 (*de pestil. Athen.*) nec mos ille sepulturae remanebat in urbe, quo prius hic populus . . . consuerat -ari; . . . unus quisque suum pro re ⟨defunctum *Diels*⟩ . . . -bat (*cf.* SALL. hist. frg. pap. Ryl. 473 pro fortu⟨na⟩ [CVRT. 3, 12, 14 pro habitu praesentis fortunae]. AMM. 31, 7, 16 pro . . . temporis ratione). CIL I^2 2123 in quibus loceis nemo -tus erit, qui volet, sibi vivous monumentum faciet, in quibus loceis -ti erunt, ei d(um)t(axat) quei -tus erit postereisque eius monumentum fieri licebit (IAVOL. dig. 8, 4, 4 ut certus numerus hominum in uno loco -etur. MACER dig. 11, 7, 37 pr. pretium loci, in quo defunctus -tus est. TERT. resurr. 18 p. 50, 24 postulans . . . Sarrae -andae locum. CIL V 381 locum -andi. *cf. etiam l. 48. 67*). VERG. Aen. 10, 493 solamen -andi (*cf.* AMM. 19, 2, 14 suprema . . . -andi solacia). 11, 2 HOR. sat. 2, 3, 187. PROP. 3, 7, 10 cognatos inter -are rogos. 3, 16, 29 -er ignotae cumulis vallatus harenae. 4, 7, 4 *Cynthia* murmur ad extremae nuper -ta viae *Tiburtinae*. LIV. 26, 25, 13 ut, qui . . . cecidissent, eos uno tumulo contegerent adscriberentque -tis titulum (SVET. Cal. 3, 2 caesorum . . . reliquias). FEST. p. 278 religiosum sepulcrum, ubi mortuus sepultus aut -tus sit, satis constare ait *Aelius Gallus* (CIL I 1409 add. 1, 2 [= Bruns^7 p. 158 n. 33] locus, ubi quis adversus ea -tus sepultusve erit, purus et religione solutus esto. V 3072 inferendi in ea area -and(i) sepeliundi ius potestasqu(e) esto. *cf.* VLP. dig. 11, 7, 2, 5 [*ex Celso*] non totus, qui sepulturae destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus -tum est). VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 in patria. SEN. Thy. 1091 (*verba Thyestae*) si natos *comesos* pater -are et igni tradere extremo volo, ego sum cremandus. CVRT. 5, 4, 3 militiae . . . sollemne . . . munus . . . -andi suos (SIL. 2, 264 miserabile. *v. et p. 3121, 23. cf.* HIL. in Matth. 7, 11 obsequium -andi patris. AMM. 19, 4, 1 officia [SVLP. SEV. chron. 2, 30, 3]). 7, 2, 32 *Parmenionis* truncum -are permisit (VIR. ill. 77, 12 [*add. codd. dett.*] rogo inustus -tusque). 8, 2, 12 PLIN. nat. 7, 109 SIL. 12, 478. MART. 6, 28, 4 hoc sub marmore Glaucias -tus . . . iacet. SVET. vita Hor. p. 48, 8 -tus (*secl. Reifferscheid*) et conditus est extremis Esquiliis. APVL. flor. 15 p. 58 religiose (AVG. serm. 275, 3). MARCELL. dig. 11, 8, 2 SCAEV. dig. 33, 2, 34 pr. TERT. apol. 39, 6 egenis . . . -andis. resurr. 18 p. 51, 2 '-bo mortuum meum' (*v. supra l. 45*) carnem scilicet; non enim animae (*cf. p. 3121, 29*) -andae spatium desiderasset

[Lausberg]

Abraham, etsi anima mortalis crederetur. ITIN. Alex. 9 caesos. CAPITOL. Aur. 25, 3 *Marcus* caput *Cassii* ... -ari iussit. IVST. 11, 6, 13. CIL X 7112 (*aet. Const.*). CE 651, 3 (*a. 367*). PS. AVR. VICT. epit. 13, 11 *Traiani* exusti corporis cineres ... -ti ... Traiani foro. AMM. 21, 16, 20 *al.* CLAVD. DON. Aen. 11, 1 p. 405, 13 cura -andi (*cf.* PRVD. cath. 10, 75 studio). PRVD. tituli 154 exequias ... -andas. SIDON. epist. 7, 17, 2 -andi funeris (*i. corporis mortui*). PASS. Theclae Ba 43 p. 126, 6 adn. ubi corpore requiescit (*cf. l. 17*) -ta. CE 730, 2 (*cf. V. T. gen. 3, 19*). CIL V 1345 inferri -arei liceat (*cf. p. 3120, 29. 46. 69*). 3072. XIV 1473 ut ei liceat itum aditum ambitum -andumve sacrificandum (*gerund. pro supino? de structura mixta cf. Svennung, Unters. Pallad. 332*[1]) caussa (*cf.* INSCR. NSc. 1928 p. 382 n. 5 -andi corporis sui ⟨causa⟩). *et al.* *tituli sepulcrales* (*cf. p. 3120, 79*): CIL VI 3600 T. Helvius frater et Q. Helvius Gallus pater eum hic -arunt. 6550 T. Statilius ... hic -tus est (35909 IX 3886 X 6330. INSCR. christ. Diehl 207 [*a. 433*]. INSCR. NSc. 1918 p. 24 n. 21). XI 6409 -ta est Rutilia P. f. Prim(a). CE 758, 6 ne lateat quis hic -tus quiescat (*cf. l. 8*). 1050, 1 debuit hoc (*sc. tumulo, monumento*) patris natus duo corpora -are. 2178, 3 hic solus pater hunc -vit parvolum.

β *de catulis*: PLIN. nat. 30, 64 si catuli ... ex ore aegri suctum lactis accipiant, transire vim morbi (*eqs.*) ...; monent -ari debere eos obrutos terra (*cf. 30, 42* obrui tales *catulos* religio est). SER. SAMM. 439 cui *catulo* ... extincto munus (*cf. p. 3120, 74*) debetur -andi.

2 *usu dilatato de aliis caeremoniis sepulturae*: NEP. Eum. 13, 4 Antigonus ... Eumenem mortuum propinquis eius sepeliundum tradidit; hi ... honesto ... funere ... -erunt ossaque eius in Cappadociam ad ... uxorem ... deportanda curarunt (*agitur de concrematione, cf. Diod. 19, 44, 2 Plut. Eum. 19, 2*). *in imagine*: TERT. anim. 33 p. 356, 15 nonne illa anima (*homicidae, per metempsychosem in pecore macello destinato inclusa*) plus solacii quam supplicii relatura est, quod funus inter coquos pretiosissimos invenit, quod condimentis Apicianis ... -atur? (*alluditur ad condimenta sepulturae, cf. e. gr. resurr. 27 p. 65, 3*).

B *speciatim de Curtio terrae hiatu coeunte incluso*: VARRO ling. 5, 148 locum coisse atque eius *Curtii* corpus divinitus -asse.

II *translate i. q. supprimere* (*cf. usum transl. verbi q. e. sepelire*): TERT. uxor. 1, 4 p. 675 Oe. spiritali affectione carnalem illam concupiscentiam -bis.

deriv.: humatio, humator, humatus. *compos.*: circum-, in-, obhumo. *cf.* inhumatus. *Lausberg.*

2. humo, -inis *v.* homo (*p. 2871, 70*).

hūmor (hūmōr-) *v.* umor (umor-). *Haffter.*

***humus**, -ī *f.* (*m., n.: l. 56 sqq.*). [*cf. c. osc.* huntrus '*inferos*', *umbr.* hutra '*infra*' *etc. et c. gr.* χθών, *sanscr.* kṣāḥ (*gen.* jmáḥ), *lituan.* žẽmė, *slavon.* zemlja, *hethit.* tegan, *toch.* tkaṃ '*terra*'; *cf.* homo. *J. B. H.*] *de script. et formis*: *aspirationem postulant* TER. MAVR. 784. CHAR. gramm. p. 350, 23 B. (*ex Cominiano*). AVDAX gramm. VII 362, 15 GRAMM. suppl. 299, 2. *gen.* -us (?): LEX vic. Furf. (CIL I^2 756) 5 (*v. Brugmann, IF 39, 1921, 151 sqq.*). *abl.* -u: VARRO Men. 422 *et* 531 (Non. p. 488 -u pro -o). *cf. p. 3122, 40.* *plur. non legitur* (*dub.* ACT. ARV. Dessau 9522 II 19 [*a. 240*] -is, *v. Wissowa, Herm. 52, 1917, 340*). *de prosodia*: SERV. georg. 1, 44 '-us' u brevis. hū-: CE 702, 11 (*a. 528*) hůmum. NOT. Tir. 37, 46. *de genere notabilia* (*de fem. v. e. g.* CHAR. gramm. p. 19, 19 B. GRAMM. suppl. 129, 8): *masc.* (*cf.* PRISC. gramm. II 169, 13 hic et haec -us. GLOSS. II 550, 34 hic -us): LAEV. carm. frg. 6 (*v. l. 84 sq.*) -um umidum (GRACCH. trag. 3. *sed v.* PRISC. *l. 61*). APVL. *p. 3122, 46.* ITALA *p. 3122, 54.* CIL VIII 684, 6 (?; *v. p. 3124, 62*). ? *neutr.* (*cf.* PRISC. gramm. II 269, 5 etiam neutrum in 'um' desinens invenitur apud veteres [*affert* LAEV. *et* GRACCH. *l. 58*]): GLOSS. II 284, 37 ἔδαφος -us -um *eqs.* *de etym. et notione*: VARRO ling. 5, 23 terra ... eadem et -us. *ibid.* in mundo infima -us. HIER. epist. 106, 63, 4 -us, id est terra. CHAR. gramm. p. 451, 31 B. -us γῆ χαμαί (*cf.* GLOSS.). EXPLAN. in Don. gramm. IV 537, 29 haec est ... terra, quae et -us; sed ... est differentia: generaliter ubique terra est, non ubique -us (*eqs.*); -us ... humida ... quae humorem habet (*cf.* ISID. orig. 14, 1, 1 -us ab inferiori vel humida terra, ut sub mari. DIFF. ed. Beck p. 85, 3 ab humectatione vel quod de ipsa homo [*v. p. 2871, 50 sqq.*] sit factus). ISID. orig. 20, 3, 4 mus terra, unde et -us (*cf. Tietze, Glotta 28, 1940, 279*). DIFF. gramm. suppl. 285, 13 tertia pars mundi terra, tellus dea, -us locus sepulturae ab humando dictus (*cf. p. 3119, 84 sqq. et p. 3122, 82*). SYNON. Cic. p. 427, 7 B. PLAC. $Gloss.^L$ IV H 13 -us terra ab humanitate dicta, quia cunctis humana est. GLOSS. γῆ. ἔδαφος. τάφος. terra. *graece resp.* γῆ, *ubi nihil aliud adnotatur.* *legitur inde ab* ENN., PLAVT., TER.; *deest e. g.* CAES., NEP., CELS.; *frequentat* OV. [*dub. vel falso trad.*: LEX vic. Furf. (*v. l. 50*). SEN. nat. 3, 15, 3 COLVM. 4, 24, 3 PORPH. Hor. carm. 1, 6, 12. ACT. ARV. (*l. 52*).]

i. q. γῆ, ***terra***:

I ***loci generales*** (*selecti*): **A** *de solo* (*animato p. 3122, 14 sq. 26*): 1 *in univ. de solo terrae*: ENN. scaen. 411 cubitis pinsibant -um. PLAVT. Stich. 354 -um consperge ante aedes (*cf.* VERG. ecl. 5, 40 spargite -um foliis [9, 19]). LAEV. carm. frg. 6 -um umidum pedibus fodit (*sc. aper*). VARRO Men. 422 *cervus* ungulis nitens (*cf. p. 3125, 62*) -u. CATVLL. 61, 14 pelle -um pedibus (*cf.* HOR. carm. 4, 1, 28 quatient. OV. ars 1, 112 pulsat). VERG. Aen. 5, 330 *sanguis* -um ... madefecerat. 6, 196 pinguem (*cf. infra l. 80*) ... opacat ramus -um (STAT. Theb. 5, 153). 11, 418 -um ... ore momordit *moriens* (PLIN. nat. 8, 52. *cf.* 11, 669 mandit [*de cane investigante*: GRATT. 239]). *al.* HOR. epod. 16, 52 intumescit alta viperis -us. ars 159 *puer* pede ... signat -um (PROP. 4, 7, 40 cyclade. *cf.* OV. met. 1, 136 limite mensor). OV. fast. 1, 148 spectans ... -um. 4, 844 premit ... sanguinulentus -um (5, 710). 4, 912 tremat in summa leve cacumen (*i. seges*) -o (SEN. Phaedr. 1062 nat. 3, 7, 2. *et al.*). *al.* HOMER. 482 sanguine manat -us. STAT. Theb. 4, 458 infossus -o (*dat.*) ... agger ... pineus. 5, 526 *anguis* adhaeret -o (*cf. p. 3125, 37*). 12, 250 crudelis -us (*i. locus pugnae*). silv. 1, 1, 57 insessa ... pondere ... subter anhelat -us. MART. 2, 75, 6 (*de solo arenae*). *et al.* *in imag.* (*cf. p. 3124, 67. 3125, 15*): HOR. sat. 2, 2, 79 corpus onustum ... animum ... adfigit -o. epist. 2, 1, 151 sermones ... repentes per -um (*de sermone humili, item*: ars 230 *ne*, dum vitat -um, nubes ... captet). ars 110 *natura* ad -um maerore ... deducit homines.

2 *de solo aedificii, pavimento sim.* (*cf. p. 3125, 35*): VARRO rust. 2, 7, 10 in stabulis ... umore prohibere oportet -um. 3, 5, 4 perticis inclinatis ex -o ad parietem. CIC. or. frg. A VI 1 -us erat immunda, lutulenta vino *eqs.* VERG. georg. 3, 298. PROP. 3, 15, 16 caput in dura ponere ... -o. OV. fast. 1, 558 squalida ... humanis ossibus albet -us *speluncae*. 6, 234. Pont. 1, 8, 36 aequatā porticus ... -o. COLVM. 6, 30, 2 *al.* STAT. silv. 1, 3, 56 varias ... picta per artes gaudet -us superatque novis asarota figuris (*55* solum). TAC. Germ. 20, 1 *liberi Germanorum* inter eadem pecora, in eadem -o degunt. APVL. met. 6, 2 Psyche ... -um *templi* ... verrens crinibus. *et al.*

3 *de fundo aquae, alveo*: OV. met. 5, 588 aquas ... perspicuas ad -um.

B *de materia* (*nota* '-us terrae' *l. 50*): 1 *in univ.*: CIC. leg. 2, 57 quos -us iniecta contexerat (LIV. 21, 28, 7. 44, 5, 4. *cf.* LIV. 22, 51, 8 superiecta [COLVM. 4, 22, 6]). Tusc. 1, 36 *corporibus* -o tectis, e quo dictum est 'humari' (VERG. georg. 1, 213 lini segetem *eqs.* 3, 558 cadavera. Aen. 10, 902 corpus. *et al.*). SALL. Iug. 53, 1 -um aridam vento agitari. VERG. georg. 2, 232 iubebis in solido puteum demitti omnemque repones rursus -um *eqs.* (*syn.* terra). PROP. 4, 4, 8 suggesta ... -o (*cf.* OV. Ib. 462 ingesta [COLVM. 3, 16, 1 (-u S^1A)]. LIV. 38, 7, 6 egerentes [*v. vol. V 2, 242, 42*]. CVRT. 6, 5, 20 adgesta [MART. 8, 57, 4. *et al.*]. COLVM. 11, 3, 5 regesta [STAT. Theb. 6, 622]). OV. fast. 4, 823 fossa repletur -o. CVRT. 4, 3, 9 -us aggerebatur. COLVM. 3, 11, 8 montium ima, quae ⟨a⟩ verticibus defluentem -um receperint. LVCAN. 3, 398 *ut robur silvarum* structa laterum conpage ligatam artat -um (*seq.* agger). APVL. met. 1, 13 corpus parvo contumulet (*cf. p. 3123, 42*) -o. AVG. gen. ad litt. 3, 10 p. 73, 3 (*inter elementa; opp.* humor, aer, ignis). *et al.*

2 -us *est substantia*: **a** *animantium*: α *hominum* (*cf. s. v.* homo *p. 2871, 50 sqq.*): ITALA gen. 2, 7 (Isid. orig. 11, 1, 4) creavit deus hominem de -o terrae (χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, *Vulg.* de limo terrae. *ex hoc loco pendent*: VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 4 deus hominem de -o instruxit. 9. LACT. inst. 2, 10, 3 *homo* fictus ex -o [ira 10, 43]. HIER. epist. 51, 6, 6 [*Epiphan.*]. MAR. VICTOR aleth. 1, 208). I Macc. 2, 63 (rec. L) *peccator* conversus est in -um suum (χοῦν, *Vulg.* terram. *cf.* CE 702, 11 [*a. 528*] repetens ... -um). *peculiariter i. q.* '*natura humana*': VEN. FORT. carm. app. p. 375 v. 178 caelorum artificem cum tua (*Mariae*) ferret -us. p. 377 v. 258 (*de Christo*) hoc deus, illud -us. β *bestiarum*: MELA 1, 52 ut ... glaebis ... infundat animas ex ipsaque -o vitalia effingat *Nilus*. VVLG. gen. 2, 19 formatis ... de -o ... animantibus terrae.

b *rerum* (*in arte figlina*): OV. trist. 2, 489 -um, de qua fingantur pocula. PLIN. nat. 35, 161. TAC. Germ. 5, 3 vasa, quae -o finguntur.

C *de loco* (*animato p. 3123, 5. 58; usu metonymico p. 3123, 60*): 1 *vi strictiore significatur tellus* (*substantia telluris p. 3123, 14*): **a** *generatim* (*praecipue in agricultura* [*cf. Westerath, Die Fachausdrücke des Ackerbaues ..., Osnabrück 1938 p. 7. 29*]; *-o conduntur mortui l. 82*): VARRO rust. 1, 8, 5 parit -us mures. frg. Non. p. 115 cum -us ... semina recipere non possit *eqs.* CIC. Cato 59 -um subactam atque puram. SALL. Iug. 18, 1 -i pabulum (*cf.* OV. fast. 5, 208 pabula ... -us *habet*). 48, 3 -i arido (*v. vol. II 569, 61*) atque harenoso ([-i in a. a. h., -o arida a. arenosa *dett.*]. *inde*: AMBR. exc. Sat. 2, 57. virg. 3, 5, 21 [*in imag.; antea*: aspero montium; aridum, arida *varr. ll.*]. HEGES. 4, 16, 2 [-o *ZV*, arida *B*]. HIER. in Am. prol. p. 990^A. *vix recte Neue-W.* I^3 *970.* II^3 *642 sq.*). VERG. ecl. 4, 40 non rastros patietur -us (*cf.* georg. 2, 408 -um fodito. TIB. 1, 7, 30 teneram [*cf. p. 3123, 10*] ferro sollicitavit -um. OV. epist. 12, 94 vomere findis. fast. 4, 693. *et al.*). 9, 41 fundit -us flores (OV. met. 5, 390 *dat* -us umida flores. CLAVD. rapt. Pros. 2, 91 in herbas turget -us). georg. 1, 220 triticeam in messem ... exercebis -um. 2, 184 pinguis -us dulcique uligine laeta (OV. ars 1, 360 [*in comparat.*] seges in p. luxuriabit -o. *et al. cf. l. 4*). Aen. 9, 214 sit, qui me ... mandet -o (*cf.* PROP. 3, 7, 25 reddite corpus -o. *v. et l. 35. 46. p. 3121, 72. 74. 3123, 42. 3124, 17. 20. 59. 61. 3125, 49. 3126, 1*). AETNA 267 haec plantis -us, haec herbis dignissima

[*Tietze*]

tellus (*265* glebarum). TIB. 2, 1, 5 luce sacrā requiescat -us. OV. am. 3, 8, 36 omne lucrum tenebris alta premebat -us. met. 4, 636 armenta per herbas errabant et -um vicinia nulla premebant. 5, 647 partim . . . rudi data semina . . . spargere -o, partim . . . recultae. fast. 1, 666 reformidat . . . volnus -us (*i. sulcum sim.; de -o animata item*: STAT. silv. 2, 2, 58 gaudet -us). 5, 280 aut pecus aut latam dives habebat -um. Pont. 1, 4, 14 fructibus assiduis lassa senescit -us. 1, 8, 58 mota spargere semen -o. *al.* NVX 125 repurgat -um *dominus* (*antea*: lapidosus ager). COLVM. 2, 9, 3 densa cretosaque et uliginosa. 2, 8, 17 levem solutamque. 4, 4, 3 tenera. 4, 27, 1 lutosa. *al.* PETRON. 127, 9 v. 6 -us Venerem molles clamavit in herbas. PLIN. nat. 22, 8 herbam porrigere victos, hoc est terra et altrice ipsa -o et humatione etiam cedere. STAT. Theb. 3, 561 silvas . . . -umque edomuisse manu. AVIEN. orb. terr. 1193 dives -o tellus (*cf. p. 3124, 82*), dives . . . arbore caespes. *et al.* *in imag.*: OV. Pont. 1, 5, 56 hanc messem (*i. carmina*) . . . si mea reddit -us. HIER. epist. 22, 17, 2 inrigata -us (*i. homo satur*) spinas libidinum germinat. *cf. p. 3122, 73.* **b** *de terra solida, continenti, litore* (*cf. p. 3124, 49. 3125, 66*): OV. epist. 9, 14 latam Nereus . . . ambit -um (*cf.* ars 2, 469 -us aequore cincta est [AVIEN. Arat. 1826 -us succincta salo]). met. 1, 345 surgit -us, crescunt loca decrescentibus undis. 6, 188 nec caelo nec -o nec aquis . . . recepta est *Latona* (*cf. p. 3124, 56*). 8, 588 fluctus . . . continuam diduxit -um. fast. 3, 52 in sicca pueri (*Romulus et Remus*) destituuntur -o (TAC. ann. 1, 70, 2 s. -o aut modice adlabente aestu). 3, 590 ex oculis visa refugit -us (*cf.* STAT. Theb. 2, 195 prospectet amicam puppis -um). Ib. 594 ubi . . . superaris . . . aequor, contacta pereas ut Palinurus -o. COLVM. 8, 13, 1 aves, quas Graeci vocant ἀμφιβίους, quia . . . nec magis -o quam stagno consueverunt. PAVL. NOL. carm. 27, 40 *mare rubrum* factum sanctis -us, aequor iniquis. AVG. civ. 7, 6 p. 282, 8 D. *dividi* terram . . . in aquam et -um. RVT. NAM. 1, 220 cymbis, quorum perfugio crebra pateret -us. DRAC. laud. dei 1, 157 arida materies (*i. substantia terrae rudis*) . . . nondum mater -us (2, 189). *et al.* **c** *de inferis*: PROP. 4, 11, 100 dum pretium vitae grata rependit -us.

2 *vi latiore signif. regio*: **a** *de partibus terrae* (*nota* '-us orbis' *l. 41*): PROP. 3, 1, 30 Parim vix sua nosset -us. OV. epist. 4, 68 Gnosia me vellem detinuisset -us (*item c. nom. propr.*: fast. 2, 444 ab Etrusca venerat . . . -o. *al.* MELA 2, 126 Ebusitana. TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 1 Romanae. *et al.*). met. 2, 710 gratam . . . Minervae . . . -um (Pont. 1, 3, 80 Veneri). 15, 631 mediam . . . tenentes orbis -um Delphos (trist. 3, 13, 12 extremam gelidi . . . in o. -um). trist. 3, 3, 32 ut saltem patria contumularer (*cf. p. 3122, 46*) -o. *al.* MART. 9, 70, 4 cum . . . maesta . . . civili caede maderet -us (*i. Italia*). ANTH. 455, 4 victores victa sic potiuntur -o (*cf.* CLAVD. 26, 531 hanc . . . vel victor regno vel morte tenebo victus -um). AVIEN. orb. terr. 1035 esset ut . . . nomen -o (*Dionys. 870* χώρῳ). VVLG. num. 14, 8 -um lacte et melle manantem (*Itala Lugd.* terram). deut. 4, 22 morior in hac -o (*Itala Lugd.* terra). *al.* SIDON. epist. 4, 21, 3 ut . . . -um altricem (*i. patriam*) . . . velut hosticum solum fugias. *et al.* **b** *de mundo* (*cf. l. 22. p. 3124, 56. 3125, 15; huc fortasse*: INSCR. christ. Diehl 4755, 3 nec . . . laetum *me* . . . misit . . . -us): VARRO ling. 5, 59 humores frigidae sunt -i (*antea*: terra, *opp.* caelum). HOR. carm. 3, 2, 24 virtus recludens . . . caelum . . . udam spernit -um. OV. fast. 1, 250 *Iustitia* ultima de superis . . . reliquit -um (*cf.* Pont. 1, 6, 30 *Spes* in dis invisā sola remansit -o). 6, 252 caelestia numina sensi laetaque purpurea luce refulsit -us. trist. 4, 3, 6. ANTH. 466, 4 Phoebus ad ortus lustrata devectus -o. PRVD. cath. 11, 10 gratetur . . . gaudens -us (*antea*: caelum). psych. 202. c. Symm. 2, 126 dividitur . . . ab -o convexi regia caeli (*syn.* tellus). PAVL. NOL. carm. 21, 150 (*opp.* supernas . . . domos). *et al.* *metonymice fere i. q. 'homines'*: VVLG. Ioel 1, 10 depopulata est regio, luxit -us (HIER. in Ioel 1 p. 957^A *ad l.*: μετωνυμικῶς pro eo quod est 'hi qui versantur in -o').

II *structurae*: A *per praep.*: 1 *c. acc.*: ad: VARRO ling. 5, 23 ad -um demissior. HOR. *p. 3122, 19.* OV. *p. 3122, 31.* STAT. Theb. 4, 318. PORPH. *p. 3125, 20.* circa: SEN. nat. 6, 27, 4 cum adflatus aeris diri c. ipsam -um exceperint *oves*. in: VARRO Men. 391 traps . . . in -um accidens (*cf.* CVRT. 3, 11, 4 cadebant). rust. 1, 39, 3 *semina* demittuntur (1, 40, 4. SEN. nat. 1, 8, 2 usque in. *cf.* OV. trist. 3, 8, 2 misit [3, 13, 12 *v. supra l. 41.* SEN. epist. 52, 5]). BIBAC. carm. frg. 8 lapsus . . . defluxit. AETNA 225 *pecudibus* effusis. OV. am. 3, 6, 67 oculos in -um deiecta (met. 6, 607 vultu. *et al. cf.* OV. epist. 6, 33 iactos. CVRT. 5, 12, 8 abiecit. TAC. ann. 12, 47, 5 proiectos). met. 7, 574 corpora devolvunt. Ib. 409 trabes pressas in -um (ab -o *T*). CVRT. 9, 1, 10 MELA 1, 45. 2, 10 PLIN. nat. 31, 38. *et al.* per: PACVV. trag. 351 comā tractate p. . . . -um *Dircen* (*cf.* AMBR. vid. 2, 28 p. 243^B trahens vestem). HOR. *p. 3122, 17.* OV. met. 4, 573 vipereos sparsi . . . dentes. 15, 689 serpit. MANIL. 5, 443 COLVM. 5, 4, 2 MELA 3, 71 STAT. silv. 2, 7, 36 IVV. 15, 63 TAC. Germ. 39, 2. *et al.* propter: OV. met. 8, 258 *perdix* p. -um volitat. super: VERG. Aen. 5, 330 *sanguis* fusus -um . . . s. madefecerat (TAC. ann. 16, 35, 1 *cruorem* -um s. spargens). TAC. Germ. 45, 3 paucos . . . sepelivere, ceterum volgus s. -um relictum.

